A secundum quod ipsum Christum videat abnuisse. Caterum omnis religionis & veritatis disciplina subvertitur, nisi id, quod specialiter præcipitur, fideliter reservetur. Nihil hanc adversus Græcos pro hoc Sacramento instruxit, qui materias, a Christo consecratas, neque immutant, ut Aquarii illi, qui in sola aqua, quod non fecerat Christus, consecrare volebant; in quibus rebus, ne minima quidem solvenda sunt. Ad consecrationem vero minis, consecrato calici miscetur. Ex ulu enim Ecclesiæ Græcæ id fit, quod aliquando etiam Ecclesia Latina admisit; ut ex Turonensi Concilio patet. Et vera Cypriani sententia ex eadem Epistola haberur. Cum enim scripsisset, At enim non manè, sed pòst cœnam, mixtum calicem obtulit Dominus. Nunquid ergo Dominicum B pòst cœnam celebrare debemus? Ut sic mixtum calicem frequentandis Dominicis offerremus; Christum offerre oportebat circa vesperam diei, ut hora ipsa sacrificii ostenderet incensum & vesperam manasse, sicuti in Exodo scriptum est, Et occidet illum omne vulgus Synagogæ filiorum Israel ad vesperam. Et iterum in Psalmis, Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. nos autem celebrationem Dominicæ manè celebramus. nihilominus infra scribit: Utique lex Evangelica & traditio Dominica servetur, & ab eo, quod Christus & docuit & fecit, non recedatur. Dubitationem tollit Augustinus epist. CXVIII. ad Januarium; cujus equidem verba attentius considerandæ sunt: Liquido apparet, quando primum acceperunt Discipuli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est universæ C Ecclesiæ, quod a jejunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam ceteri cibi. Nam ideo per universum orbem mos iste servatur. Neque enim, quia post cibos dicit Dominus, propterea prandium cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum convenire debent, aut, sicut fuerunt quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ipsa miscere. Nunquid Salvator, quo vehementius commendaret mysterii illius affectionem, ultimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos Ecclesias disposituras erat, servaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alius semper acciperetur, credo quod cum morem nemo variasset. Sed de præceptis sacrisque Domini, modoque in illis observandis, sole ex sanctis Patribus contra eundem Humbertum in Dissertatione ad te nostra de Missa Prasanctificatorum, Num. IV. egimus.

XVIII. Quid alii sine allatæi, nescio. Ego de iis, quæ in usu sunt, & ab omnibus commendantur, non de iis quæ rara, taroque contingunt, sermonem habui. Scio, facultatem & potentiam divinam immensam esse & infinitam, & Christum non sic alligasse virtutem suam Sacramentis, ut non possit absque illis causare & conferre effectus Sacramentorum; quemadmodum neque obstrinxit virtutem suam Ecclesiæ ministris, ut non possit Angelos assumere ad illa ministranda: & cum Angeli boni sint nuncii veli, Angelorum bonorum ministratio, perficere- E tur, esse ratum habendum; quia deberet præstari, id perfici voluntate divina; sicut quædam templa narrantur ministerio Angelorum consecrata, & sanctus Amphilochius confectatus est ab Angelis Iconiensium Episcopus; illiusque consecrationem approbantes alii Episcopi, de novo confectare noluerunt, ut legitur in ejus vita. Hinc Gregorii Protosyncelli Chii, in Synopsi Dogmatum Ecclesiasticorum, turpis error depre-

hendiur, dum asserere non est verum, Angelos posse esse ministros Sacramentorum, licet Hebræorum v. dicat; *Omnis pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum*. Quem si alii sequerentur, multa quoque de materiis Sacramentorum satis imprudenter asserrent. Nos communes Doctorum sententias & rectæ Ecclesiæ monita secuti, hæc pronunciavimus; quæ sana & doctissimus amicus noster ita, qui intincto illo pane utrisque speciei participes fieri præsumunt, ideoque tum multa ad eruendum vinum & sanguinem ex sæcibus reliquis, ut ipsi aurumant, & vino quod multo ante evanuit, comminiscuntur; & multo meliora, sciens volensque repositurus esset; & veriorem reponeret. Interim tu vale, mi Nihusi; & Leonem tuum, ut facis, ama, Romæ, XVII. Kal. Maii CIↃ IↃCII.

EPISTOLA TERTIA, DE LIGNIS SANCTÆ CRUCIS.

QUintus dies est, quum una simul familiarissimi homines in bibliotheca mea congredimur, & in varias, ut assolet, sermonibus versamur. Unus postmodum ex illis, *Atqui morem gesseris, inquit. En libram, quæ manibus meis erat, inexpectatus arripit.* Erat Bartholdi Nihusii Epistola de Cruce ad Thomam Bartholinum. Et complicatam, nescio a quo, folium sedulus percurrens, vidit illa: *pro nostro esse, lignum Crucis Christi ad nostra aliquot tempora servatum durasse; ex cedro & cypresso, quæ ligna cariem & senectutem non sentiunt, fabricatam eam fuisse.* ubi post Nicolaum Mesarpolitam Corcyræ versiculos addunt: *Padat misereri tandem Christianos tam stulta credulitate.* Et in sermonem hunc ira incensus: *Quæ tua? ait; unumne hominem, nullius prope dignationis, tot antiquis & sanctissimis, & Ecclesiæ Doctoribus, Chrysostomo, Basilio, Anastasio Sinaitæ, Alexandro Monacho, Nicolao Corcyræo, Michaeli Pselio, universæ denique Ecclesiæ Græcæ, male loqui? Præterea, primum a te, ante alios, Corcyrensis illos versiculos cum aliis carminibus editos in variis Excerptis. An pudendum est, cum Ecclesia Græca, & tot aliis non infimi nominis autoribus una sentire, quos stultæ credulitatis non veretur iste arguere? Sed meum hominis oprime repressit Nihusius. Noscere ferulas istiusmodi non pertinescimus. Et confidera argomenta. Finxerunt ea ligna, quia cupiem & senecturem non sentiunt, ut, ligneum Crucis ad hæc usque tempora perdurare potuisse, commonstrarent. Ubi unum abundesset, frustra plura convocarent. Si cedrus cinctis obnoxia non est, sufficisset dicere, Crucem ex cedro aut ex cypresso factam fuisse. An simul juncta perennare simul, utrumque magis producunt? Et licet verum esset, cedrum & cypressum cineas non tangere; de pinu equidem falsum est. Cur vero id Chrysostomi tempore fingendum fuerit, causam nullam video: neque enim miraculo opus erat ad conservandum lignum ad ea usque tempora, cum longioris ævi ligna his nostris temporibus passim Romæ aliisque in locis, quæ nec cedrus sunt nec cupressus, conspiciamus. Si de posteritatibus dubitet & nostri temporis scriptoribus qui tantum a Christo abfuit, non fuit ratione sibi providisse videretur: arguisset eum tamen fallitatis, quæ referuntur & de ligno Arcæ & de carbonibus; & non plerique videmus, hos tragicum conditionis sinc, tantundem ac lignum Crucis perdurasse, perennare esse in paterum. Sed Hæretici negant. Quid ad rem? negant verbum Dei, negant Sanctorum Patrum dicta, negant traditiones Ecclesiæ. Ideone & illa negandi nobis sunt? quis eis judices vestra fidei fecit? quis eos religionis nostræ regulam constituit? Absque inepti hos. Hæreticos credendo, qui ipsi negant. Num ipsi si credarent, non essent Hæretici. Stulta est nostra credulitas, quia credimus quod ipsi inficiantur? certe eorum audacia multo stultior atque vanior fuerit, sanguine & ignibus expianda. Sed, infantiant licet Hæretici, nobis modo quærendum est, quomodo ex his tribus lignis Crux illa conflata fuerit. Et multa ex sententia Patrum Doctorumque Ecclesiæ, partim ex Græcico de Cruce, partim ex aliis, in medium attulerunt. Quibus quantum satisfactum fuisse visum est. Enimvero, ut plenior notitia rei habeatur, consulenda & ipse ex variis scriptoribus historiolam; alii dicent, fabulam; parum hoc refert, dummodo scianus, quid alii autores de hac eadem re commentati sint. Eum, cum non obvia cuicumque sit, ad te mitto, in hunc fere modum digestum. Adamus, perendie ex hac vita excessurus, quum maxis afflictaretur doloribus, Sethum: Proficiscere, ait, ad Paradisum, & pete ab Angelo qui ibi est, uno ex Cherubinis, ut ibi oleum misericordiæ, quod mihi Deus, cum e Paradiso ejiceret, se daturum promiserat, unctum e vita migrarem. Promptus iter ingressus, respondit Sethus; tantum viam mihi ignotam edicito, verbaque da, quibus Angelum compellabo. Vallis Hebronis petenda est; ibi viam invenies; quam ex vestigiis parentum agnoscet; illis etenim calcata terra, propter peccata, nullam unquam herbam reddidit, nec reddet: illa te recta conducet ad locum. dicito, imminere mihi mortem, ideo mittat misericordiæ oleum. Obedit Sethus; & in Hebronis vestigiis patris agnitis, odore, qui e Paradiso efflabat, repletus, cœnobium ad portam pervenit. percentique Angelo, quid quæreret; respondit: Pater meus Adamus, vitam sanctidiens, me misit, ut misericordiæ oleum, quod Deus, illum eliciens ex hoc loco, promiserat, exhibeas. Tum Angelus: Ingredere caput hac, notatoque, quæ videris. Ingressa capite, vidit in medio Paradiso fontem ingentem, ex quo emanabant quatuor Ingentia flumina, Gaon, Phison, Tigres, & Euphrates; quæ replebant aquis universam terram. prope fontem arbor magna excreverat, ramis furcallique obsita, direpta folia & decerpto cortice nuda, nudum lignum. quod aspiciens, animum alloquitur suum: Arbor hæc propter parentum meorum peccata folia & cortice denudatur! Et, quod viderat, Angelo indicat. Jubente Angelo, ut rursus, quemadmodum antea, caput foramini indidit, obedit; intueturque arboris illius verticem, per aeremprotensum, cælum tangere, in eoque sedere puerulum, in lacrymas, ut videbatur, effusum. Sethus demisso oculos, pudore affectus; videtque, ramos arboris resortos, terræque infixos, in Infernum penetrare: agnovitque Cain animam. Quæ cum narrasset Angelo, audit, puerulum illum esse Dei Filium, deplorareque peccatum Adami, quod esset tempore opportuno amoliturus; eumque esse oleum misericordiæ, a Deo promissum

Adamo. Redeunti Angelus donavit ex semente illius arboris, in quo manducaverat Adamus, tria grana; & dixit: Postquam ad patrem tedierit, tribus diebus præter lapsis examinabitur. humato, ingeraque grana in os sub lingua. Sethus, quæ vidit, audiitque ab Angelo, patri narrat. Adamus, nuncium mortis præsentiscens, gaudio gestiens rigit; quod nunquam ante fecerat; extensisque in cælum manibus, Deo gratiar egit; & post tres dies quievit. Sethus, ut præceperat Angelus, ingessit in os granis, cum sepelivit. Non diu post, grana ecsea surculos tres ediderunt, cubito non amplius uno: quisque ex iis erat cedrus, arbor arborum omnium procerissima; alter cupressus, arborum fragrantissima, ramisque spissis densissima; tertius, pinus, solitis densissima, fructum aloes producens. Tres hi surculi ad ævum usque Noe, in ore Adami vixere. Godefridus Viterbiensis, Chron. part. XIV. refert ad Hienum, filium Noe, qui in Paradisum intromissa, surculos palmæ, abietis, & cupressi decerpserit, varieisque in locis plantaverit; ex quibus, mirabili modo in unum concretis, excelsa arbor, trium illarum naturam referens; ex qua postea Crux Domini sit compacta. Dissentit etiam ab aliis, cum non cedrum, sed palmam valt fuisse unam ex illis tribus arboribus. Anno post diluvium ducentesimo nascitur Noe filius, cui nomen fuit Lerico; hic mole corporis gigantea exæquavit; cum vero fermo de Adamo incidisset, arsit cupidiente sepulchri illius invisendi; & sic petiit Hebronis vallem; & locum attente considerans, tres illos surculos, ex ore Adami emanantes, conspexit, & prævatic[illegible]natus est: Surculos hos ipse in solitudinem deferam; & producent fructum in mundo. Sic ex ore eradicatos, in solitudine plantavit, prope Hierusalem, ubi nunc est Iberorum monasterium, vocantque Crucem; planeque separatim diversis ac variis locis. Illi postmodum, ita procurante Numine, in unam coaluerunt arborem, mirifigno divisam, eamque ingentem effecerunt, multis tantum varietas discernebatur, cum hæc cedrinis, alia pineis, alia cupressais, assimilaretur. Inde postea translata est a Moyse in montem Thabor, & ad tempora usque Davidis, eo in loco constitit. Aureæ Historiæ Davidis, de Inventione sanctissimæ Crucis, e Bibliotheca Augustana eruta, edmusque a Geffero de Cruce, Tom. II. Abraamo plantationem lignorum tribuis; referuntque, in Bersi, dum de hoc ligno inter Christianos quæstio haberetur, traditam sibi Epistolam antiqui cujusdam Hebræi, in qua hæc habebantur: [illegible]

A nes, unum simulque efficiunt, cum a cultione aquarum, cum a compositione nominum nuncupatum. In spacio itaque illo, in qua flumine natarunt, cum eo ævi præterregederetur magnus Abrahamus, invenit quendam, in tentoriis habitantem, & jumenta pascentem, pro magno criminur ac scelere illacrymantem ejulantemque. cui magnus Abrahamus: Si vis, ait, frater, Deum tibi propitium reddere, affer mihi tres titiones. Ubi ille attulerat, medium B linto, titiones sati sunt. unde ille ersum pris animis, ad magnum Abrahamum, in querca commorantem, profectus est. Tres hosce titiones, prædicavit, ait, in unam arborem coaluisse famatus, illis surculis, in unam arborem coaluisse famatus, vertebus radicibus quidem distinctis ac separatis, verum a sese longe dissitis, medio tamen, cognat indivisibili, nulla arte, nulla machina separabili. David porro cum ligna ingenti ac longa ad extruendum Templum cædi jussisset, inter alias arbores hanc quoque cæsa est. Sed ubi videnr artifices, eam triplea arborum genus referre, ac nunciata, res partes noluerunt dissolvere: &, & trinam arboris David ad montem appellit, Patrem, Filium, substantiam admiratus, [illegible]; significari, & Spiritum sanctum [illegible] in honore conservavique lignum [illegible] habuit: ea illo enim [illegible] versis domui suæ, [illegible] que cum aliis ligni[illegible] C ex applicaretur, [illegible] Aptandum sequidem operi, dum [illegible] respondebat spacium explebat: & quam [illegible] erat, nec spacium semper tamen loco, cui æquadis æquaretur, [illegible] tum fuerat, [illegible] teres nec [illegible] deret, [illegible] fectum re[illegible] buo ad [illegible] Filio[illegible] lob[illegible] le[illegible] a[illegible] &

D

Cartanus in Flore cap. CXLIII. dixisse Deum effusis, lignum Jerosolymis deferri statimque per omnes divulgatur, in eo Dei mortem oppetiturum. Hinc super flyn marmoreo, in medio templi, erectum colatur adorabaturque a Davide, & jussu illius universis Sacerdotibus & Judæis, maximo cu & veneratione. Demortuo Davide, Salom eidem honoribus lignum prosequitur. Joanni



A

B

C

LECTORI
BARTOLDUS NIHUSIUS.

Occasione dissertatiunculæ hujus quasi enigmatice de ligni sanctissimæ Crucis, cui affixus mortem oppetere voluit Salvator mundi, subdere libet paucula. Quid in Apostolico Symbolo sit Ecclesia Catholica Christianis iit, ad quos ego me pertinere profiteor, neminem fugit. Atqui hæc ipsa Ecclesia, per suos Exorcistas, pellit Genios infernales: de quo nec minus constat publice. Catnum autem, ab ea aversorum, nostiquam id ullus ita præstat. quid ergo faciunt? nostrum in Diabolos imperium istuc divinitus esse nobis concessum, inficiantur tantum; & calumniis hic, lividorum ritu, proscindunt, quam dixi, Ecclesiam; rationibus equidem nihilo sanioribus nixi, quam olim Judæi & Ethnici, quotiet cernebant suis oculis Christi ipsissimet ope Apostolorumque ministerio liberari a monstris illis Energumenos. Eccui ergo non vera simile & credibile, solam eam Ecclesiam Catholicam nostram esse domum Dei, unde transitus detur in cælos? Quam rem quum nec varo nec frustra qui buscam inculcaverim in tempore & loco; scisitatus denique ne nimi causa sui ex Leone Allatio meo, numquid non & Græci, saltem qui Catholici sunt, profligent æque spiritus Tartareos, ac Latini nostri. Et respondit mihi vir humanissimus pissimusque, familiaribus ut solet verbis, de Cruce quadam referentibus id, quod memoratu censemus haud inopportunum, bodie certe, dum nunciatur victoria de Turcis, quam consequuta, Numinis beneficio, duobus abhinc mensibus, classis Veneta, propugnatrix Candiæ Dabam X. Septembris CIↃ IↃCLI.

EX LEONIS ALLATII

Literis.

FErme oblitus fuiſſem, quod primo loco ſignificandum erat. Græci omnes in ſacris, ritu qui præſcribitur in Euchologio, ſuper obſeſſis a Dæmone legunt exorciſmos. Et hac tempeſtate, prius divino officio & Miſſæ ſacrificio abſoluto, ſi Sacerdos eſt qui rem peragit, ſtola, ſi Præſul, humerali ornatus, ſuper ægros Evangelia quatuor legit; cum demum exorciſmos per plures dies continuat. Sed liberatne? De meo nihil hic adferam, cum non viderim ſimile. Interrogavi ergo Præſules Græcos. illi, etiam interpoſita jurisjurandi fide, aſſeruerunt, modo jam dicto plures vexatos, & ab aliis & a ſe liberatos; nunquam in poſterum ſimili peſte afflictos. Addebat non nemo, Cretæ ſe inter exorciſmos quaſiiſſe ex Dæmone, an eſſet abiturus; reſpondiſſeque eum: Abibo omnino, ſed non a te compulſus; namque tu prius alio recedes. Quod & factum eſt: etenim poſtero die, negotiis lea pollulantibus, alio migrare coactus, rem Sacerdoti alteri reliquit; qui, proſequens preces, Dæmonem expulit. Ac ſimilia plurima indies paſſim & ubique per totam Græciam ajebat conſpici; eſſeque in Creta inſula oppidum prope Rhethymnam urbem, (Saituræ oppido ei nomen eſt,) in cujus pervetuſta eccleſia conſervetur Crux ferrea, mediocri magnitudine, male comta impolitaque, & ferrugine ſua male exeſa, ſed maximi cultus apud indigenas externoſque; illiuſque ope innumeros, poſt abſolutas preces atque exorciſmos, liberari. Addebat præterea quod admiratione non caret, comperta ſe narrare aſſeverans, conatos hanc Crucem pios homines in meliorem formam redigere, extrinſecus inaurare, auro argentoque includere, gemmis aliiſque preciosis lapidibus adornare, adeoque etiam in celebriorem urbem & locum deferre, & conatos quidem ſæpius, at fruſtra; quicquid enim ei apponebatur vel appendebatur, poſt non multas horas projectum id in terram, ipſamque Crucem, delatam, ſequente alio die deprehenſam, repetiiſſe locum priſtinum; & indigenas tenere traditione, aliquid ex clavis Salvatoris noſtri fuiſſe additum a fabro. Seduloque ingemiſcebat Præſul iſte, ex imo pectore ſuſpiria ducens, anxiuſque, quid de Cruce ea miraculoſa factum hodie in tanta illius inſulæ mutatione, præſertim quum oppidum iſtud in poteſtatem Turcarum veniſſet. Sed quid? an Domino deerit modus hunc theſaurum conſervandi? Et hæc de iſta Cruce hic obiter narraſſe me, non tibi diſplicebit, puto. Ego bene valeo, ut ſenes ſolent & ſenectus permittit; ſi in ſenecture, quæ ipſa morbus eſt, bene valere quis poteſt. Vale & tu, φίλε κεφαλή. Romæ, XXVIII. Aprilis CIↃ ICↃ LI.

RITUALE ECCLESIÆ ÆGYPTIACÆ SIVE COPHTITARUM,

QUOD

Justu Cardinalium

S. Congregationis de propagand— fide,

ex lingua Copta & Arabica in Latin— am transtulit

ATHANASIUS KIR—CHERIUS

e Societate Jesu minimus Presbyter— —, Anno Clɔ IɔCXLVII.

A D

Clarissimum, & zelo ort— nodoxæ fidei insignem,

BARTOLDU— M NIHUSIUM.

CLARISSIME VIR.

MIssum est non ita pridem ex Ægypto, ad Sacram Congregat. de propaganda fide, Rituale quoddam Monachorum Cophitarum, quod cum Ordinum requireret, qui & linguam, ignotam hucusque, interpretari, & characteres exoticos legere posset, nec inveniretur; ego, Oedipi loco, manus operi admovere jussus, id, Dei bonitate, exiguo temporis spacio interpretatus, Latini juris feci. Et liber quidem cum sit vetustissimus, vetustissimusque Ægyptiacæ Ecclesiæ ritus in conferendis Ordinibus exhibeat; dignus, omnium opinione, visus est, qui nox, in Ecclesiæ bonum, & ad Hereticorum nostri temporis confusionem, prodiret. At verror, ne it, ut pleraque alia, blattis & tinea consumatur. Tuus sit quæso hujus rei curam suscipiat, æternum lateat. Cum itaque ex aliis tuis ad me datis literis jam dudum intellexerim, te circa veteris Ecclesiasticæ disciplinæ argumentum summo zelo versari, & jam alias, a me similis argumenti materiam tibi communicari, instanter postulaveris; promissis meis standum censui. Mitto itaque, hisce inclusum Rituale ex Copta, sive Ægyptiaca lingua, in Latinam, translationem; ut si eam ad honorem Dei, Ecclesiæ Orthodoxæ bonum, Hereticorumque confutationem, aliquid posse judices, reliquis tuis insertam, publicæ luci commutat. Atque si hæc non tibi displicuisse, intellexero, dabo operam, ut multa alia hujus argumenti, veluti Liturgias Cophitarum, simili intentione transmittam. Rituale totum Copta lingua scriptum est, præter Exhortationes, quas ex Arabico transtuli. Rubricas facile ex contextu sermonis colliget. Adjunxi hisce parvulam, scibedulam, ab Abyssinis Sacerdotibus, de ritibus in Eucharistia administranda apud ipsos usitatis, propria manu conscriptam; ut, si tibi servire possit, videas. Nihil porro restat, nisi ut me gratiæ & favori tuo unice commendem. Romæ, IX Novembr. CIↃ IↃC XLVII.

Tuus, quem nosti, servus,

ATHANASIUS KIRCHERIUS,
e Soc. Jesu.

In Nomine

Patris & Filii & Spiritus Sancti

DEI unius.

LIBER RITUUM CONSECRATIONIS SIVE ORDINATIONIS AD SACERDOTIUM, TANTUM.

ORDINATIO ANAGNOSTÆ SIVE LECTORIS.

Stet Ordinandus sine tunica ante Altare, capite velato, profunda cervicis inclinatione. Episcopus autem sit pro gradu Altaris: &, qui præsentatus fuerat, detrahat ei operimentum. Cum, Episcopus vero dicit ei: Vosne testamini, quod hic in veritate dignus sit hujus Ordinationis? *Et testantur, dicentes:* Immo, o Pater noster, dignus est. *Episcopus autem accipiat novaculam, & tondet caput ejus in quinque Cruces, in medio unam, & quatuor in quinque lateribus, dicendo:* In nomine Trinitatis sanctæ. *Deinde dicit gratias; & accepturus thymiama, benedicit; & conversa vultu versus Occidentem, hanc orationem dicit:* Supplices te exoramus & obsecramus, o Domine, Domine Deus, accipe (*talem*) Anagnostem in Ecclesiam tuam: sit intellectum ejus super justitia & æquitate tua: da ei timorem serenitatis tuæ: pone eum dignum, qui conversetur vasa sacra; ut sit Anagnostes sive Lector venerabilis ante te; & in hoc consequatur gratiam tuam, cum omnibus, in quibus tibi complacuisti ab æterno. Quia misericordia, existens in voluntate tua, est tibi incrementum honoris & venerationis ab unoquoque cum culto & adoratione; o Pater & Fili & Spiritus sancte.

Hæc peracta, dicit Archidiaconus: Orate.

Episcopus autem, conversa facie in Orientem, hanc orationem dicit: O Deus, dives in [illegible] tuis; qui benignum [illegible] te præbes super Ecclesiam [illegible] tuum in Ordinatione [illegible] & statuis eos [illegible] ea per hoc mysterium: en servus tuus [illegible] (*talis*) cum omni puritate & [illegible] tuus (*talis*) quem vocasti ad officium Lectoris [illegible] & intellectu, & in officio [illegible] ut meditetur in eloquiis tuis [illegible] ut defectu. Perfice [illegible] lectio & difficultate [illegible] cum Filio tuo unigenito [illegible]

Conversus ad Ordinandum, dicit: Dum magnifices omnia manu tua super unumquemque [illegible] tineatur; manifesta [illegible] tuum hunc, in cognitione [illegible] tuo affectu filium [illegible] prædices eloquia [illegible] novi testamenti, [illegible] sanctum verbum tuum. [illegible] tuo, & doceat eos hoc [illegible] quo est salus & [illegible]

Habitus animarum. Benigne [illegible] tu fac, o Domine, ostendendo ei pulchritudinem splendoris tui: perspicax fac cor [illegible] in lumine & splendore tuo: da ei cor humile, ut legat, qui vero augeat eo intelligentiam & [illegible] prudentiam; qui vero augeat eo intelligentiam & [illegible] & honorem dent regno tuo; dumne cum, gloria [illegible] Spiritus sancte.

Conversus ad [illegible] o Pater & Fili & [illegible]

Conversus ad [illegible] *considerem, tenet tempora Ordinandi, dicens:* O Domine Deus, cujus Filius omnipotens: [illegible] qui præcessisti tempore, in cognoscere [illegible] dum (*vel numerum*) electorum tuorum in [illegible] mando, & incepisti ut hominem vocares: [illegible] curre hospes servi tui: da ei sapientiam, ut [illegible] præcepisti [illegible] tuo (*talis*) qui significat nunc [illegible] succurre servo tuo [illegible] ei, verba tua [illegible] in Anagnostem: concede ei [illegible] & [illegible] tum prophecium, ut operetur verba tua in [illegible] ædificatione sancta, populo tuo in bonitate, [illegible] exacerbatione, per gratiam & charitatem [illegible] minis, qui est Filius tuus unigenitus, Dominus noster & Salvator noster Jesus Christus.

Post hæc dabit librum, ut parum Evangeliorum supra pectus; & osculetur altare, manus: Episcopi, & præsentes cum eo. Tunc det ei sacramentale sanctum. Ille vero (sed tantum non ponit super eum manum, sed tantum pro eum hanc exhortationem.

Exhortatio ad Anagnostem, post ei

O Fili, hæc est prima mansio [illegible] ingressus ad eam. S[illegible] quique ingressus ad eam. Una hæc e[illegible] vocaturus [illegible] est ea ipso [illegible] scias eam unicam [illegible] grati[illegible] fiæ sanctæ, quæ est ea ipso [illegible] diffundente super eam grati[illegible] præbeas populo ea ita. Et [illegible] dum est, necesse est, u[illegible] puporeris, ut sis notus [illegible] candelabrum suum, & [illegible] tantum te, ita quæ le[illegible] legas eis. Sis sollicitus [illegible] deris verbi Domini [illegible] Qui legit, intelligat [illegible] tionem continuera [illegible] verationem tuam [illegible] & tandem pro[illegible] Ac[illegible], qui vero [illegible] & testimonium [illegible] [illegible] Christo: qui cum Patre

mni tempore in secula seculorum, Amen. Laus datori intellectus.

CTNOEON.

ORDINATIO SUBDIACONI.

Cum vocatur Subdiaconus, stabit ir ante altare, sine tunica, profunda imitatione capitis; & adorabit ille, & qui producunt eum in medium, ante Episcopum. & ipse stante supra gradus altaris, dicit Episcopus benedictionem; & accipit thymiama, & benedicit illud; deinde dicit hanc Orationem, conversa facie sua in Orientem:

Domine Deus virtutum, qui dixisti & fecisti nos portionem hujus ministerii, qui erigis intellectum hominis, & scrutaris corda & renes: audi nos in multitudine gratiæ & benignitatis tuæ: purifica nos ab omni inquinatione corporis & spiritus: dilapa in amore peccata nostra & iniquitates nostras, caliginis & nebulæ instar: imple nos virtute tua divina, & benignitate Filii tui unigeniti, & operatione Spiritus sancti, ut condigni simus ministerii hujus testamenti novi, ut locupletemur in meritis, & exaltemus nomen tuum sanctum, & ut stemus & ministremus ministerium beneplaciti tui divini: ne computes nos inter eos, qui communicant peccatis alienigenarum, sed concede nobis, o Domine, ne operemur quod non licet; sed da nobis cognitionem, ut loquamur quod expedit, & accedamus ad altare tuum sanctum. Ecce accedit ad te Subdiaconus servus tuus (*talis*) stans hic perfectus, exspectans dona tua cælestia. quia tu bonus es, multæ misericordiæ omnibus qui invocant nomen sanctum tuum; quod potens est, & potestas tua cum unigenito Filio tuo Jesu Christo Domino nostro, & Spiritu sancto. Amen.

Dicit Archidiaconus. Gratia complente defectus nostros, venite ad me fratres, quem ilparimus, ut applaudentes, ut tollamus nomen ejus super hunc gradum & hanc Ordinationem, quæ est Subdiaconatus in Ecclesia Dei sanctæ: hæc est, quæ liberavit nos a maximis periculis & laboribus. Orate omnes hic præsentes, ut veniat super eum Spiritus sanctus in verbis nostris.

Omnes dicunt tribus vicibus, O Domine, miserere.

Episcopus autem, conversa facie sua ad altare, hanc Orationem dicit: Quæso, a Domine, pone eum dignum vocatione Subdiaconatus, ut promeritis a charitate tua, homini concessa, gloriscet nomen tuum sanctum, & serviat tibi, & administret sanctum altare tuum, & accipiat misericordiam in conspectu tuo: quia misericordia & benignitas gratiæ tuæ ante te, & gloria & honor te decet, cum Filio unigenito, & Spiritu sancto. Amen.

Hic convertit Episcopus ad Occidentem, versus templum Subdiaconi, dicit hanc Orationem: O Domine Deus omnipotens, qui purificasti, in tabernaculo testimonii, decorem templi, eosque qui servant vasa sacra: tu nunc etiam, o Rex auditor, manifesta faciem tuam super servum tuum (*talem*,) qui datus est, ut sit in judicium justificationis omnibus, qui præsencant eum. Repie eum Spiritu sancto, ut dignus sit, qui contrectet vasa ministerii hujus, & stet ad portas templi (*Olearum*?) & accendat lucernam Ecclesiæ tuæ, sicut arborem olivam, proferentem fructum sanctificationem omni tempore; speciem judicii in manifestare.

Deinde, conversa facie sua ad altare, dicit: Respice, o Domine Deus, supra ministerium nostrum: manifesta te ab omni inquinitate: & imple gratiam tuam super servum tuum (*talem*) ut dignus efficiatur ante te, qui perficias ministerium Subdiaconatus indeclinabiliter; ut abundet in gratia tua, cum omnibus, in quibus tibi complacuisti ab æterno. jam vero misericordia in beneplacito tuo est; neque decet honor & gloria & adoratio ab omnibus, a Deus & Fili & Spiritus Sancte. Amen.

Conversus ad Occidentem, signat frontem ejus pollice suo, dicens: Vocamus te in Ecclesiam Dei sanctam. Amen.

Dicit Archidiaconus: Hic Subdiaconus in Ecclesia sancta Dei. Amen.

Episcopus vero alta voce dicit: Vocamus te (*talis*) Subdiaconum in Ecclesia (*talis*) in civitate (*talis*) nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

Episcopus facit duas Cruces supra faciem ejus, invocando Trinitatem. deinde conversus ad Orientem, dicit: Gratias agimus tibi, o Rex noster omnipotens, per omnia & in omnibus; laudamus & glorificamus nomen tuum sanctum, qui fecisti nobiscum magna, & erudivisti in justificationibus tuis servum tuum (*talem*.) Supplices te deprecamur, o Rex noster; exaudi nos propter multitudinem gratiæ tuæ; & complaceat tibi, ut sit benedictio in Subdiacono servo tuo (*tali*.) concede ipsi veritatem, & munda eum; & perfice eum in omni re ministerii hujus; ut serveretur in spe tua bona per gratiam Filii tui unigeniti, Jesu Christi Domini nostri. hic qui, &c.

Postea Episcopus convertit faciem suam super humeros ejus, dicens: Gloria & honor nomini sancto tuo, o Pater, Fili, & Spiritus sancte, consubstantiali. Pax ejus & intelligentia supra Ecclesiam sanctam. Amen.

Atque hæc ex Copha originali.

Qualitas Subdiaconi. ex Arabico.

Sint ipsi virtutes Diaconi. ne imponatur ei manus; neque juret; una contentus uxore, cui fidem præbeat, alterius unorem relinquat; ab usu & consuetudine mulierum remotus sit, utpote mundatus ex lavacro. Laus Deo semper.

Exhortatio ad Subdiaconum, peracta Consecratione. ex Arabico.

O Fili, cum jam supra te collatus sit gradus Subdiaconatus, ad quem consecratus es; propone tibi eum. hic enim consistis in eo, ut sequaris Diaconum, & mutuam ipsi operam præstes in operibus ministerii: quemadmodum Diaconus quoque imitari debet Sacerdotem. Obligatus igitur es, ut custodias portas domus Dei, quæ est Ecclesia; & non sustineas, ut ingrediatur in eam Judæus, neque canis, neque perversus, hostis ministerii sancti: &, cum clamaverit Diaconus, non stabit detrectans disciplinam in loco ictio, & nema, cui non sint explanata Sacramenta sancta. tu sollicite cura, ut summo studio observes portas Ecclesiæ. quia jam tibi collata est gratia, ut tractare possis vasa sacra ministerii sancti & impolluti: propterea cognosce præceptum venerandum, & dona, quæ data sunt tibi, sicut servus prudens & fidelis, faciens voluntatem Domini sui cum omni diligentia; ut consequaris fructum vocationis tuæ altissimæ in Christo Jesu Domino nostro: cui honor & gloria & adoratio cum Patre suo bona, & Spiritu sancto vivificante, nunc & in omni tempore, & in secula seculorum. Amen. Laus datori intellectus.

DE ORDINATIONE DIACONI.

Postquam præsentatur Diaconi ex Sacerdotibus sanctificatæ, cum hoc ministerio dignum esse; præsentabunt eum Episcopo, restitissimus de eo. stabit autem præsentatus ante altare coram Episcopo, genu dextro flexus supra gradus altaris: dicitque Episcopus Orationem benedictionis, accipiendo thymiama: & postquam benedixit id, hanc Orationem dicit: O Domine Deus virtutum, qui induxisti nos in sortem hujus ministerii, qui condixisti nos in sortem hujus ministerii, qui condidisti hominem, & scrutaris corda & renes: exaudi nos in multitudine gratiæ & benignitatis tuæ: purifica nos ab omni inquinatione corporis & spiritus: dilapa in amore peccata nostra & iniquitates nostras, caliginis & nebulæ instar: imple nos virtute tua divina, & benignitate Filii tui unigeniti, & operatione Spiritus sancti, ut condigni simus ministerii hujus testamenti novi, ut locupletemur in meritis, & exaltemus nomen tuum sanctum, & ut stemus & ministremus ministerium beneplaciti tui divini: ne computes nos inter eos, qui communicant peccatis alienigenarum, sed concede nobis, o Domine, ne operemur quod non licet; sed da nobis cognitionem, ut loquamur quod expedit, & accedamus ad altare tuum sanctum. Ecce accedit ad te Diaconus servus tuus (*talis*) stans hic perfectus, exspectans dona tua cælestia. quia tu bonus es, multæ misericordiæ omnibus qui invocant nomen sanctum tuum; quod potens est, & potestas tua cum unigenito Filio tuo Jesu Christo Domino nostro, & Spiritu sancto. Amen.

dignitatis tuæ, & eripe nos ab omni coinquinatione corporis & animæ: dele per amorem tuum peccata nostra & iniquitates nostras sicuti nebulam, reple nos virtute divina, & gratia Filii tui unigeniti, & operatione Spiritus sancti, & fiamus digni hoc ministerio novi testamenti; ut illud exequamur cum dignitate portantes nomen sanctum tuum, & stemus ministrantes juxta beneplacitum tuum divinum. Et ne animemeres nos inter eos, qui communicant peccatis infidelium; sed concede quod nobis expedit. concede nobis, o Rex noster, ut operemur quod deceat, & abbitamus altari tuo sancto. Ecce præsentat se tibi Diaconus (*talis*) stans sive exspectans dona tua cœlestia; quia tu bonus & multum misericordiæ in omnibus, qui invocant te: valida enim est fortitudo tua, cum Filio tuo unigenito, & Spiritu sancto. Amen.

Dicit Archidiaconus has preces: Gratia Domini nostri Jesu Christi, perficiens nostrum defectum in Evangelium Dei Patris & Spiritus sancti, veniat supra hanc (*talem*) qui ingressus est ad hoc altare, cum timore & tremore adorans, & elevans oculos cordis sui ad te, o habitans in cœlis; exspectans dona tua cœlestia, ut transferatur ex Ordinatione Subdiaconatus ad Ordinem Diaconatus in Ecclesia tua sancta. Oremus omnes, ut veniat super eum dona Spiritus sancti. O Domine miserere.

Episcopus dicit hanc Orationem, conversus facie sua ad altare: Quæso, o Domine, pone cum cohortem vocationis ad Diaconatum, ut per merita dilectionis tua, qua dilexisti homines, porter nomen tuum sanctum, & serviat tibi, administrando sanctum altare tuum, & inveniat misericordiam in conspectu tuo: quoniam misericordia & pietas ante te sunt; & te decet laus, o Pater & Filii & Spiritus sancte, qui a seculo es, ex nunc & usque in seculum.

Conversus ad Occidentem, ponit manum suam dextram supra caput ejus, & orat hanc Orationem secreto: O Domine Deus omnipotens, veneras fine fallitate in promissione tua, dires in omnes qui invocant te, audi nos: Petimus enim a te, ut reveles faciem tuam super servum tuum (*talem*) præelectum ad Diaconatum per judicium & justificationem eorum, qui eum hic tibi sistunt in medium. Reple eum Spiritu sancto & sapientia & virtute, qui replevisti Stephanum Archidiaconum & Protomartyrem, conformatum dolori bus Christi. fac eum crescere in gratia tua: constitue eum ministrum altaris tui sancti, ut ministret tibi secundum beneplacitum tuum, in grada, quem contulisti ei; non declinando ad dexteram neque ad sinistram, & finullo peccato, ut digna sit altaris gradus, [illegible] oris illo. neque enim gratiam concedis per [illegible] stras manus peccatrices, sed in virtutione misericordiæ tuæ divinæ, quæ data est soli ei, [illegible] en dignum fecerit. Et ecce ego etiam [illegible] me a peccatis meis alienis: & redu[illegible] omni malo, per mediatorem Filium [illegible] nostrum & Deum nostrum [illegible] rem nostrum, Jesum Christum, Il[illegible] &c.

Conversus ad Orientem dicit hanc Orationem: Respice [illegible] super ministerium [illegible] omni colloquamene[illegible] gratiam tuam supra [illegible] digna sit coram te [illegible] rum sine defectu; [illegible] omnibus in quibus [illegible] qua misericordia [illegible] decet honor eb [illegible] & Filii & Spiritus [illegible]

Conversus ad Occiden[illegible] lius suo, dicens: Ve[illegible] sanctam, Amen. [illegible] *Archidiaconus autem dicit*: (*Talis*) Diaconus [illegible] in Ecclesia Dei sancta, Ecclesia Apostolica, Ecclesia Dei. Amen.

Episcopus autem dicit: Ordinamus (*talem*) Diaconum supra altare, id est, supra Ecclesiam orthodoxam (*talem*) in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Deinde facit Episcopus tres Cruces supra faciem ejus, in invocatione Trinitatis sanctæ. Deinde conversus ad Orientem, ita deprecatur: Gratias tibi agimus, o Domine Deus omnipotens: per omnia & in omnibus benedicatur & laudetur sanctum nomen tuum: quoniam fecisti nobiscum mirabilia, & dilatasti dona tua super servum tuum (*talem*;) te supplices exoramus propter charitatem, qua dilexisti hominem; exaudi nos per gratiam & benignitatem tuam, & complaca tibi in servo tuo (*tali*) per gloriam Spiritus tui sancti, & complaca tibi in eo, & in populo, postulante Ordinationem ejus in puritate & gratia bonitatis tuæ; & voca nos cum eo ad bonum, ut mereamur invenire lucrum talenti; ut sumamus cum omnibus, qui faciunt voluntatem tuam a seculo, mercedem dispensationis veri & prudentis œconomi in apparitione Domini nostri, Dei nostri, & Salvatoris nostri, Jesu Christi. Ille qui tecum, &c.

Post hæc convertus Episcopus, ponit baltheum supra humerum ejus sinistrum, dicens: Gloria & honor sanctæ Trinitati, coæqualis Patri & Filio & Spiritui sancto. Pax Ecclesiæ fabricæ universæ & soli sanctæ, Apostolicæ Ecclesiæ Dei. Amen.

Deinde accedit alter [illegible], & manus Episcopi cum eo, & omnes qui cum [illegible] te præsentes fuerunt.

Finit ordinationi[illegible] Diaconi. Salus a Domino. Amen.

Præcepta seu Exhortatio ad Diaconum. Ex Arabico.

Scias, o fi[illegible] benedicte, hunc gradum, quem tibi Deus co[illegible]culit, esse gradum magnum, & ministerium [illegible] majestata plenum. et enim gradus S. Stepha[illegible]i Archidiaconi, ut visites populum Dei, vid[illegible]at, pupillos & afflictos, & utes eos, & [illegible]uxta posse tuum [illegible]. pro illis. [illegible]lis iis in exemplum, ut, [illegible] ru tuæ [illegible] bone, ædificemur vitis tuis. Sequaris pisco[illegible]um & Sacerdotes; & docens hospites & [illegible]as; & vidituas eos secundum Canonem [illegible]m: & honorable alicuem te in Ordinatis [illegible]. Qui sunt Sacerdotes, sint apud te loco [illegible]rum. Sis dignus qui beatificeris in verbo Dei, dicendo: Qui mihi ministrat, honorificat Patrem meum. & sicuti dicit Apostolus eum Patre meo. & sicuti dicit Apostolus Lucas: Quoniam qui ministrant bene, bonas sibi gradus sibi & revelatio magna in fide nostri Jesu Christi. Intellige igitur meum gradum dignitatis, quem constituisti, esse, portare Sanguinem verum qui [illegible] mundi, qui commissus est. Ex laus Deo nostro, & Salvatore [illegible]illo, Domino nostro. Amen.

[illegible] Christi; [illegible] benedixit eum [illegible] & posuit [illegible] men.

Tunc Episcopus benedicit [illegible] do illi Sacramenta: & ponit [illegible] vestibus. & omnes Sacerdotes, Dignus est. Quia Episcopus. (Talis) Diaconus pro Ecclesiam Dei sancta

ORDINATIO

Cum volunt præsbyteros [illegible] sacrificare primo [illegible] eos, & de [illegible] & quod [illegible] manus [illegible] secundum Canones; & [illegible] Subdiaconi, alterum dic.

Deinde prodit foras, vestitus veste Diaconi; & habitus super humerum ejus sinistrum, eorum stari. Stat autem Episcopus cum Sacerdotibus. & qui separatus est, incurvat genua sua ante altare. Episcopus vero iterum dicit gratiarum actionem, & accipit simul thymiama, & orat super illud: conversusque facie sua ad altare, dicit hanc Orationem: O Domine Deus, qui venire nos fecisti in sortem ministerii hujus; qui constituis homini intellectum, & scrutaris corda & renes: exaudi nos virtute divina, & gratia Filii tui unigeniti, & operatione Spiritus sancti; ut simus digni ministerio hoc testamenti novi; ut proficiamus in meritis, & nomen sanctum tuum glorificemus, & manifestemus Sacerdotium beneplaciti tui sancti; neque participemus in peccatis infidelium; sed dele iniquitates nostras: & concede, o Rex noster, ne faciamus quod non expedit nobis; sed da nobis cognitionem, ut loquamur quod oportet, & adhæreamus altari tuo sancto. Ecce, venit ad te Ordinandus in Sacerdotem; perfice cum in servum tuum (*talem*,) stantem & exspectantem dona tua cælestia. quia tu bonus es & multæ misericordiæ in omnes qui invocant te: qui potens es in potestate tua, cum Filio tuo unigenito, & Spiritu sancto. Amen.

Dicit Archidiaconus: Gratia nomini nostri Jesu Christi, qui perficit defectum nostrum per voluntatem Dei Patris; & Spiritus sanctus, veniat super (*talem*) hunc, qui te tibi fistit in timore & tremore, & humilis corde, ad altare tuum sanctum, & ipse incurvatus tollit oculos cordis sui ad te o habitans cælos, exspectans dona tua cælestia, ut transferatur ex Ordine sui Diaconatus ad Sacerdotium in Ecclesia (*tali*) & ad altare sanctum. Orate omnes ut veniat super eum donum Spiritus sancti.

Dicit populus, Kyrie eleison, *tribus vicibus.*

Episcopus vero, conversus ad Orientem, hanc Orationem dicit: Quæso Domine Deus, pone cum dignam vocatione Presbyteratus, ut per merita charitatis tuæ ergà homines glorificet nomen tuum sanctum, & serviat tibi, & ministret altari tuo sancto, & inveniat misericordiam in conspectu tuo; quoniam misericordia & gratia ante te est, o Deus; quem decet laus, o Pater & Fili & Spiritus sancte. Amen.

Dicit populus, Kyrie eleison, *tribus vicibus.*

Conversus ad Occidentem Episcopus, ponit manum suam dextram supra caput ejus, & orando: O Domine Deus omnipotens, qui omnia creasti in verbo tuo, & curam habes omnium quæ sunt ante te, secundum voluntatem tuam; qui respicis semper super Ecclesiam tuam sanctam, & qui possessor in ea, crescunt & confortentur, proficiunt verbo & opere. Respice super hunc servum tuum (*talem*) qui tibi præsentatur ad Sacerdotium per approbationem & judicium eorum, qui tibi eum fiverunt: reple eum Spiritu sancto tuo, gratia & beneplacito tuo, ut ambulet te, & gubernet populum tuum, quem elegisti, & præcepisti ferro tuo Moysi, ut eligeret sibi seniores, plenos Spiritu sancto, qui sine molestatione precedit a te.

Orate. Quæso, Domine, exaudi nos in his quæ supplices a te postulamus: & confirma in nobis etiam Spiritum sanctum tuum sine defectu: concede fortitudinem tuam, ut repleatur operibus salutis, & eloquio doctrinæ, ut doceat populum tuum in vocatione tua, ut serviat tibi in sanctificatione & conversationibus mundis & animo sincero, & compleat opera Sacerdotii supra populum tuum, & supra eos, qui præcesserunt eum, & qui relicti sunt per lavacrum regenerationis. Et ecce ego quoque: purifica me ab omni peccato occulto, & solve me a manifestis, per mediatorem Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum & Deum nostrum & Salvatorem nostrum, Jesum Christum: ille qui, &c.

A *Conversus ad altare, sic orat:* Respice, o Domine, supra nos & supra ministerium nostrum; & munda nos ab omni coinquinatione; & mitte cælestem gratiam tuam supra hunc servum tuum, ut dignus inveniatur ante te, qui complicat Sacerdotale munus sine defectu; ut accipiat Gratiam tuam cum iis qui tibi complacuerunt ab æterno. quia misericordia in voluntate tua; te quoque decet honor & gloria ab omni creatura, & adoratio, o Pater & Fili & Spiritus sancte. Amen.

Et conversus ad Occidentem, signat frontem ejus, pallium suum, dicens: Vocamus te in Ecclesiam Dei sanctam. Amen.

Deinde alte voce dicit archidiaconus. (*Talis*) Sacerdos est altaris sancti, quod est in Ecclesia sancta Catholica & Apostolica, Ecclesia Dei.

B Amen.

Deinde clara voce Episcopus dicit; Vocamus te (*talem*) Sacerdotem altaris sancti, quod vocatur orthodoxorum, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Facit Episcopus, supra frontem ejus, tres Cruces, significando Trinitatem; deinde vestit illum stola, dicens: Gloria & honor Trinitati sanctæ consubstantiali, Patri & Filio & Spiritui sancto. Pax & incrementum Ecclesiæ Dei sanctæ. Amen.

Conversus ad Orientem Episcopus, orat sic: Gratias tibi agimus, o Domine Deus omnipotens, propter omnia & pro omnibus, ut glorificetur nomen tuum sanctum: quia fecisti nobiscum mirabilia, & dilatasti dona tua opulenter supra servum tuum. te supplices exoramus, o Rex noster, exaudi nos per multitudinem gratiæ tuæ, & complaceas tibi supra hæc cærimoniis, quas factæ sunt supra servum tuum, qui accepit Spiritum sanctum tuum supra se, & supra populum circumstantem vocationis, quem elegisti in sanctificationem & gratiam bonitatis tuæ, & elegisti nos cum eo in bonum, ut operetur, & lucretur cum talento suo, & consequatur cum iis, qui fecerunt voluntatem tuam ab æterno, mercedem œconomi fidelis & prudentis in apparitione Domini nostri, Dei nostri, & Salvatoris nostri, Jesu Christi. Amen.

Monita ad sacerdotem novum.

Nota tibi sit, o frater, mensura doni, qua hodie dignus effectus es: qui est Presbyteratus. quo constitutamus te supra mysteria magna Testamenti novi, & supra gradum Doctorum. Tuum erit, operari, & docere exempla & conversatione bona; præstantem verbo. & recordare verbi principis Apostolorum Petri, dicentis, Seniores, qui inter vos, obsecro ego, particeps vestri in Sacerdotio, testis passionis Christi, & consors gloriæ, quæ revelabitur in nobis; pascite oves Dei, quarum cura vobis commissa est; & visitate eas non in violentia, sed in voluntate cordis in Deo ædificate; & non sicut dominantes populis; sed fitis ficuti oves; ut, cum apparuerit princeps pastorum & magnus ille judex, recipiatis coronam gloriæ incorruptibilis. Impendantur igitur opera tua secundum talantum traditum tibi, & conducat tibi & duplicetur; acciplisque mercedem servi prudentis & fidelis, & congreges populum ad verbum doctrinæ, cum alimento spirituali reficiens; in fiverit su, & qui te audierint. Abi in pace. Dominus sit tecum. & laus Deo semper.

Et juramenta præstita absolvetur altare, Episcopum, & præsentes. Deinde explanet aliquid de mysteriis. & Episcopus ponet super eum manum suam tribus vicibus: & omnes dicunt altera voce, Dignus est (*talis*) ut sit Sacerdos in Ecclesia sancta Catholica & Apostolica, quæ est in civitate (*tali*.) Et charitas Christi in pace Dei. Amen.

CONSECRATIO PRÆLATI

sive illius, qui curam habet subditorum, dicti Abbatis animarum.

Henricus miles de Colnhuse, Moguntinæ diœcesis, juravit dixit, quod Burchardus, scholaris de Aschaffenberc, intrans flumen, quod Wedere dicitur, ad piscandum cum famulo suo, submersus est ibidem, ipso præsente & vidente. Homines, interitum ejus aspicientes, & succurrere non valentes, unco quæsito pro juvene extrahendo non modico tempore in * confluminе quæsierunt. & apprehensum tandem & extractum deposuerunt in naviculam; &, cruribus sursum erectis, aquam emittere conabantur; ut sic revivisceret, si esset spiritus intra eum. Quia autem corpus omnino tegebat, & nullum in eo vitæ vestigium poterant invenire; alta voce, & cum multo affectu, si pro ea aliquid clamavit Beata Elizabeth, si pro ea aliquid laudavit, quam citius Deus fecit, imperavit huic scholari Dominus Deus suus. Et statim in memoriam ejus ad ecclesiam, quam ipse ad honorem beatissimæ paulatim recuperavit & plenarie sanum vitæ. Requisitus autem ab illis præsentibus, ubi fuerit tempore mortis, & qualiter ei fuerit, respondit, quod nescivit. Hoc autem circa Translationem Martini dixit esse.

De puero mortuo, refocillato.

Luerudis de Rudene, Moguntinæ diœcesis, jurata dixit, quod cum filium suum Wezelonum, circiter tres annos & dimidium habentem, circa festum sancti Jacobi hoc anno mortuum invenisset, &, quasi per spatium quatuor milliarium Teutonicorum, corpus exanime & rigidum jacuisset, ipsa raptum puerum, flens & clamans, in curiam detulit, & vicinas vocavit, ac vestes, sepulturæ necessarias, & alia puero tumulando juxta morem patriæ necessaria, præparare. Vicinis accurrentibus, ipsa vocem elevans exclamavit, dicens: Beata Elizabeth, quomodo sic amisi? succurre, & hoc, quod spiritus ejus redeat intra ipsum; & ego de rebus meis, panis, frumenti, thuris, myrrhæ, lini, argenti, cereæ, ad pondus corporis ejus, ad tunicam tuam cum ipso puero feram. Et his dictis puer revixit post modicum tempus, & pulsus arteriarum vitæ redditæ indicium primum fuit. Et ab hora circa crepusculum puer jacuit, impotens loqui, usque ad noctis mediam; & tunc dixit: Ubi fui, dilecta? Et adhuc matrem non recognovit; & vires recuperavit paulatim. Requisita, quot diebus ægrotasset, respondit quinque.

De puero, in uno oculo, illuminato.

Henricus de Grunenberc, Moguntinæ diœcesis, juratus dixit de filio suo Heinrico, quod, cum esset natus, infra sex primas hebdomadas, apostema magnum excrevit super oculum ejus sinistrum; quo cessante, vestigium ipsius apostematis remansit super pupillam ipsius oculi in modum pelliculæ, ut penitus oculum illum visu privaret; & sic novem annis illo oculo cæcus permansit. Tunc pater, voto facto, circa festum Viti proxime præteritum ad sepulchrum beatæ Elizabeth prælatum adducens puerum, cum hostiis ponebat, sic orans: Sancta domina, rogo te, sana oculum filii mei, ut semper serviat tibi. Et puero jacente super sepulchrum, pellicula prædicta per medium scissa est; & cœpit pupilla evidenter apparere; & macula, magis ac magis scissa, cœpit liminal, & tandem prorsus deficere. Ita per octo dies penitus evanuit; & perfecta visum recuperavit, ut clare videret.

De puella infistulata, sanata.

Gucla de Biedenkamp, Moguntinæ diœcesis, requisita de infirmitate & curatione Hadewigis, neptis suæ, jurata dixit, quod, cum novem haberet annos, infistulata est in collo, in dorso, in lacere, & in loco femorum; ita ut de corpore ejus in partibus corporis sui prædictis multa sanies emanaret, in tantum ut vestes, quibus tegebatur, ita sania perfunderentur, quod canes, veles ejus trahentes, saniem lambebant. Quatuor autem annis hanc infirmitatem perpessa, circa festum beati Jacobi ex voto eam oblationibus sepulchrum beatæ Elizabeth visitavit, ejus suffragia invocando: confestim etiam eidem domus singulis annis se constituit. Quum idem rediret de propria, la ipso itinere sanies, quæ defluebat, cœpit minui & siccari; ex tunc de die in diem melius habens.

De puero, in fonte submerso.

Wigardus de Medebeke, Colonienſis diœcesis, requisitus de morte Godefridi, pueri quatuor annorum, juratus dixit, quod ex improviso venit ad puteum, hausire aquam; & invenit

puerum submersum in puteo jacentem; & territus, festinanter descendit in puteum; & inde puerum extraxit; cum porrexit socio suo Rodegero, qui secum venerat haurire aquam. Et illis clamantibus venerunt quidam de villa illa; qui omnes eum mortuum aestimabant: jacebat enim, ore aperto, & oculis horribiliter apertis, & cute undique denigrata valde & rugosa, quasi in aqua bulliente decocta; ventre valde turgente; brachia & crura & omnia membra vigentant. Et deposuerunt eum in domum ipsius Witer infirmus decubuit, & mater erat in puerperio. Tunc homines circumstantes coeperunt invocare suffragia beatae Elisabeth, & vovaverunt duas feminas, ut votum facerent pro puero cum hostia ad sepulchrum ejus deferendo. Statim, facta invocatione tali, viderunt, tractalem colorem pueri redire, & pulsum venarum sentire. Tunc puer deportatus est in domum parentum suorum.

De puella, a fluxu sanguinis liberata.

Hermannus de Breitenbach, Moguntinae dioecesis, de curia filia sua requisitus, quae a fluxu sanguinis liberata fuerat, juratus dixit, quod eadem filia sua, quinque annos habens & ex fluxum sanguinis passa est anno integro, sex septimanas. & cum nullo posset remedio curari, uxor sua, mater puellae, sanctam Elisabeth suppliciter invocavit, postulans, ut filiam suam curaret; & votum vovit, dicens: Elisabeth, filiam meam, domina sancta, liberaveris tumulum meum visitabo, & hostiam illuc Personaliter; & eam, cum vires receperit, ducam. Votum exsolvit; & reversa, filiam plene sanam. Statim post Paschatempus praeteritum, dicit, Puellam fuisse sa-

De contracta, curata.

Geertrudis de Bleitenbach Moguntinae dioecesis, requisita, qualiter curata fuerit, respondit, quod, cum fuisset quasi octo annorum, coepit aegritudine valida laborare, cumbens in lecto, ut tantum potuit, inclinata, retractis ad aures cruribus & contracta. Illo etiam morbo, qui bubo dicitur, sub ascella laboravit. Et admonita in somnis, quod ad beatam Nicolaum in villam quae Gisnach dicitur, proficisceretur peregre, hoc implevit, & ad unum crus, ibi reflexum, est sanitati; & quo altero permanente ut prius, in hoc stans complevit sex annos: insuper quasi spasmatica, & praeterea ita, quod caput terrae propinquaret semper inevitabiliter amplius. In hora ista flebili, quam posterior pars ipsius. In hora ista flebili, ad tumulum dominae Elisabeth Langravine, multo labore pervenit ubi continue octo diebus remedium non invenit; aut gratiam, quanquam suppliciter postulavit & multos alios eodem tempore ibi curatos, dixit. Quadam sexta feria, ut putat, post festum Michaelis, nunc praeteritum, ante tumulum dictae dominae; &, postulato, coepit sentire dolores; &, mirabiles in cruce posita curacuum; & ipsa, prae angustia, fatigata est & emens. Mane sequenti, iterum ad tumulum portata, in dorso gravissimo lectulo delata, & facta iterum quasi ante, & recta; & rumor celeriter amens, ut omnimodam sanitatem continuo sub ascellis; & jecit etiam, quod eam videntes multum extemplo. Pes dexter, & crus idem, debilium restituta.

De puero mutae mentis, erudito.

Mechtildis de Langengasse, Treverensis dioecesis, requisita de filio suo quem dicitur mutum peperisse, juxta responsum, quod duos in utero simul habuit; filium scilicet & filiam. Filium productum in lucem, apparuit brachium sibi progressum ex utero; & cum eum parere plene non sufficeret, cujusdam dominae assistentis, quae juxta dicitur, auxilium invocavit, quae videns brachium pueri penitus denigratum, mortuum extimuit; & subvenire difficile; immo etiam nec audebat, & cum multo periculo gravata, vitae tandem precibus patientis, ut juxta mulieris assertionem diximus, corpus illud mortuum ex utero matris extraxit, ex media parte nigrum: & cum jam tempus instaret, Missarum solemnia audiendi; posito illo corpusculo super sedem, recessit. Ipsa autem mater, cum multis aliis mulieribus, ad Dominam clamavit; & dominam Elisabeth gratiam & misericordiam postulabant, ut vivificaretur a Domino corpus illud; matre vovente, quod si sua petitio concederetur, ipsa nudipeda, & in lanea, hostiam obtulisset; ipsa sumula eum visitaret. Et statim ore aperto puer spirare, & in ulnis, ipsius obstetricis, eadem apparatu vita est; & calefactus est in quo non exiguus calor, & pulsus, cordis exspirare coepit.

De [illegible], a pulpo liberata, & ab haeresi conversa.

Gerdrudis vidua de Denzendorf, Treverensis dioecesis, requisita, quomodo a pulpo fuerit liberata, juravit dixit, quod annis quinque ante hoc tempus, quo ipsa a pulpo liberata fuit, quidam sacerdotes & clerici Parisiis studentes, ad Lutheranam haeresim declinarunt, ac in ea quidam ex eis publice docuerunt, ac ipsa quidam ex eis publice docuerunt, ac ipsa quidam ex eis publice docuerunt, ac ipsa

cum tibiæ rediérunt, & in plano puer ambulat absque appodiamento, & baculus ei in una manu sufficit, in declivi. Hæc gratia facta est puero, Johannis & Pauli.

De muliere furiosa, sanata.

Adelheidis de Orsa, Moguntinæ diœcesis, requisita de sua infirmitate & modo curæ, juxta dixit, quod duorum annorum spacio, & amplius, furiosa & rabida, nocte & die insanis, per villas & campos & nemora discurrebat, & vestes suas lanians, coram hominibus corporis sui non erubuit nuditatem, agens in omnibus furiosè. Mater autem ejus, & consanguinei, domnæ Lantgraviæ super ejus miseritia ferventissimè gratiam invocabant; ipsam, circa festum beati Johannis Baptistæ, ad ejus tumulum deducentes. Ibi nihil misericordiæ tunc invenit, rabida persona sæva plus quam prius. Post nativitatem beatæ Mariæ Virginis proximè præteritam, reducta iterum cum hostiis ad sepulchrum domnæ, & oblatione facta, multum fuit in toco corpore calefacta; somnoque depressa, valde suaviter obdormivit. & surgens de somno, plene fuit suis sensibus restituta. Requisita de ætate sua, dixit, quod viginti annos habuit.

De muliere calculosa, curata.

Abs de Ginsfeld, Moguntinæ diœcesis, requisita de sua infirmitate & modo curæ, jurata dixit, quod morbo calculi duodecim annis laboravit, sed postremo sex hebdomadibus tam graviter fuit afflicta, quod super ejus miseriis tota sua vicinia morebatur. Circa nativitatem autem beati Johannis Baptistæ proximè præteritam, preces fudit ad domnam Lantgraviam, ita dicens: Sancta domna, miserere mei, & de ista afflictione miserabili me absolve; & semper honorare te debeam, semperque servire. Et eadem nocte, projecto calculo, fuit curata. Et exhibuit nobis calculum, columbini ovi quantitatem habentem.

De furiosa, sanata.

Engelvif, mulier Moguntinæ diœcesis, requisita de infirmitate cognata suæ Mechteldis, & modo curæ, jurata dixit, quod vidit eam rabidam anno fere, in tantum quod vestes proprias scidit, cum canibus nocte per civitatem discurrit, & vincula, quibus quandoque erat ligata, dentibus laniavit, aliaque multa faciens abominabiliter & misoleneter. adducta vero retro, in quodam furiæ intervallo, cum suis amicis, domnam Lantgraviæ gratiam invocavit, dicens, quod perpetuo famulari vellet eidem, si, ejus meritis fauentibus recuperet sanitatem. Et sic, infra octo dies, recepit plene sanitatem. Fuit autem a pluribus dubitatum, ut dicit, an ex Dæmonio, an ex causa alia, gravaretur.

De muliere valetudinaria, sanata.

Ava de Gruenberch, Moguntinæ diœcesis, requisita de sua infirmitate & modo curæ, jurata dixit, quod anno & dimidio valetudinaria decubuit, vires non habens recedendi de loco, sed ab alio, dum moveri oportuit, portabatur; in hebdomade autem Pentecostes, quæ proximè præterit, votum vovit, dicens: Ad sepulchrum tuum ibo, hostias tibi deferam, ac tuis meritis & precibus recipiam sanitatem; &, donec votum meum complevero, nunquam Eccleſiam introibo. Et statim, * suppositâ est; &, præfecta dum esset, in itinere biga confracta est; & ipsa, accepto duobus baculis, processit, quod nullo modo ante poterat, usque ad tumulum A domnæ memoreæ. Ibique gratias agens, & referens, cum baculis, ambulando reversa est, & statum plene sanata.

De puella claudâ & muta, sanata.

Henricus, Plebanus de Aldenkirchen, Trevirensis diœcesis, requisitus de infirmitate Adelheidis, & modo curæ, juratus respondit, quod eam quinquennem mater sua nutrierat mutam, & impotentem penitus ambulare, Mater autem, de consilio Sacerdotis ipsius, votum vovit, ita dicens: Sancta domna Lantgravia Elizabeth, meam filiam gratiæ tuæ recommendo, tibi perpetuo servituram, & ad tuum tumulum deferendam, ut, tuis meritis adjuvantibus, ambulandi potentiam recipiat & loquendi. Puella delata B ad sepulchrum domnæ, mater, oblatione facta, & oratione completa, reduxit puellam; quæ infra tres hebdomadas locuta est & ambulavit.

De cæco, illuminato.

Henricus de Marburch, Moguntinæ diœcesis, plusquam quadraginta annos habens, juratus dixit, quod tempore quodam, macula super pupillas oculorum crescentibus, tenuissimum eisdem habuit; ita ut sæpe, de via declinans, per media sata transiret: unde & comites itineris sui ipsum sæpe deridebant: eadem omnino vitio prævalens, per quatuor hebdomadas, per se ire non valens, ab alio ducebatur. Tunc, facto voto, sepulchrum felicis Elisabeth visitans, duos cereos offerebat. Requisitus, quibus verbis ipsam invocavit, respondit: Cara domna sancta Elizabeth, sana oculos meos, & semper libenter tibi serviam, & ad censum duorum denariorum quolibet anno vitæ meæ solvendum, obligo me tuo Hospitali. Et eadem hora apud sepulchrum maculis de oculis ejus ablatis, clare videbat. Requisitus de tempore, dixit, decimo quinto die post mortem prædictæ domnæ. Postea idem Henricus fluxum sanguinis tam vehementer patiebatur. Per quatuor dies, quod tam ipse, quam familia sua, ipsum crederet moriturum. Tunc defecto surgens, super baculum suum innitendo, de villa Marburch ad sepulchrum prædictum felicis Elizabeth cum magno labore pervenit; & accepta terra sepulchri ejus, in aqua contrivit. Et cum ter aquam cum terra sorbuisset, in eadem hora fluxus sanguinis ejus omnino restrictus est, ita ut ipsum potius non sentiret.

*De puella, debilia membra *, gibbosa, strumosa, curata.*

Orevinus de * Wetzflatia, Trevirensis diœcesis, requisitus de ægritudine & modo curationis filiæ suæ Mechteldis, & ætate ejusdem, juratus dixit, quod ipsa quartum annum agit, & quasi continuè, sic fuit debilis, quod membra ejus, dum tractabatur, sonum, quasi ligna arida se tangentia, reddiderunt. Gibbus in dorso, & in pectore ejus crescere cœpit struma; nec potuit consistere super pedes suos. Mater autem puellulæ votum vovit, dicens: Beata Elizabeth, filiæ meæ sanitatem impetra; & ego eam tuis cum hostiis ad tumulum tuum conduci. Missa hostia per quandam fœminam, puella meliùs cœpit habere; & delata ad sepulchrum postmodum circa festum, beati Michaelis personaliter, statim & omnimodo est curata.

*De * epilentico curato.*

Conradus de Palberc, Coloniensis diœcesis, requisitus de sua ægritudine & modo curæ, juratus dixit, quod circa festum beati Jacobi epilepticus cœpit esse, & tam assiduas & tam graves accessiones habuit, quod, viribus mentis & cor-

poris destitutus, & res contemptæ & corpus, & res proprias omnino non curans passim, distribuit & dispersit. Tandem autem, quibusdam amicis suis instantibus, tres viduas rogavit, quod peracto trium dierum jejunio, votum pro ipso facerent; quod accederet cum hostiis ad sepulchrum dominæ Lantgraviæ singulis annis vitæ suæ. Quod illæ viduæ dum complerent, in parte relevatus est; &, sepulchro dominæ dictæ visitato, plenissime liberatus est a tensuum & corporis pocumento. Requisitus, quando curatus fuerit, dixit, quod in anniversario dominæ memoratæ.

A absque caligine & nocumento. Sanatus est autem hæc puella circa nativitatem Domini, anno nativitatis ejus MCCXXXII.

De epileptico muto, sanato.

Hildegundis de Westfaria, Treverensis diœcesis, requisita de languore filii sui & modo curæ, jurata dixit, quod quartum annum agit, &, cum locutus fuisset aliquanto tempore expedite, tandem morbo arreptus epileptico, loquendi potentiam omnino amisit. Votum igitur fecit ipsa mater, dicens: Beata Elizabeth, sana filium meum a malis quæ patitur; & pro eo singulis annis, quam diu vixerit, duo tibi dona offerentur. Et puer continuo liberatus, & recepta loquendi potentia, ductus est cum hostiis ad multum dominam memoratæ. Requisitus, quanto tempore fuerit ægrotando; respondit, quod decim septimanis.

B

De claudo & gibboso, sanato.

Gerardum, civis de Fankenvoert Moguntinæ diœcesis, requisitus de infirmitate & cura Conradi de Bache, juratus dixit, quod idem Conradus fuerit a cinquo ita debilitat corporis & lecticam alteram, intuper gibbum magnum circa spinalia in dorso, ut dicit; unde frequenter circa ex voto ad sepulchrum Dominæ Elizabeth Lantgravie in curru, & in [illegible] gibbo suo, & reductus in bi[illegible] dixit: Sancta Elizabeth, [illegible] ad te veneram, [illegible] nisi, de tua misericordia, per [illegible] vadam; & libo, si fuerit mihi [illegible] Et postea, dicto sibi in somnis, [illegible] hebdomadibus peractis, [illegible] Requisitus de ætate sua, dixit, [illegible] secundum annum a-

C

De quadam vulnerata, sanato.

Ettlieben de Grunenberc, Moguntinæ [illegible] requisitus, quomodo de vulnere, quo [illegible] acceperat, fuerit sanatus, dixit juratus, [illegible] in genu, sicut apparet [illegible] viter vulneravit, quod [illegible] que ad Pascha, per se [illegible] lebat; & accedente [illegible] qui dicitur anthrax, in [illegible] rius illud, ita ut non [illegible] ria, immo etiam de vita sua [illegible] rarent. Tunc autem amici sui [illegible] eis prostrati in terram [illegible] ipsa singulis annis cum aliqua hostia, [illegible] aliquo munere, ad sepulchrum [illegible] Lantgraviæ accederet, ut ejus [illegible] tuis mereretur recipere [illegible] cæpit manui dolor crudelis [illegible] tecostes, duobus [illegible] rer, dictæ dominæ [illegible] potens adhuc terram [illegible] in via ipsa tantum [illegible] tens de tumulo, projectis [illegible] que appodiamento; & [illegible] sticatus sanitati; circa [illegible] habens.

D

De quadam cæca, illuminata.

Hildegundis puella de Grunenberch, Mogu[illegible] tinæ diœcesis, circiter sedecim, sicut credit sicut mater asserit, annos habens, [illegible] triennium sic habuit [illegible] cremento lunæ, lucem [illegible] verit, & satis exilis[illegible] tem, qua lucedere [illegible] vero primum de[illegible] fama crebresceret, [illegible] Dominæ tumulum [illegible] tes: Domina sancta [illegible] mem receperint, [illegible] Et puella Dominæ [illegible] nis in suo anniver[illegible] lem. Arrepto itaq[illegible] &, rupta pellicula [illegible] humor effluxit, [illegible] fcas vix poterat [illegible] pria redierunt. [illegible]

E

De claudo, sanato.

[illegible] Henrica de Secke, Treverensis diœcesis, [illegible] tacta [illegible] tina, quæ in festo sancti Michaelis pr[illegible] Dei [illegible] anni proximi corpus infirmari in mo[illegible] [illegible] in quo latus tumorem inflatarum, ad [illegible] [illegible] usque ad festum Pentecostes proxime ve[illegible] [illegible] terram tangere non potuit. Insuper in [illegible] bo fuit, ac si mortuum esset. Et, [illegible] prædictum tempus sepulchrum beatæ E[illegible] ex voto ante factio, ibi visitaret, pa[illegible] pit levius habere. Tertia vice veniens [illegible] rans est, &, relictis apud sepulc[illegible] suis, super pedes sua sanus rediit. Requisitus, quibus verbis voverit, Cara domina Elizabeth, sana m[illegible] & semper libenter serviam tibi

De puella, a sanctis sanata.

Berta de Bicclencamp, [illegible] requisita de infirmitate & [illegible] sua, jurata dixit, qu[illegible] quo habuit octodecim [illegible] gintis per novem anno[illegible] puella, super oculum [illegible] magnum excrevit, [illegible] quo post novem he[illegible] lana, super pupill[illegible] oculum cooperiebat;

sante, oculus cæcus permansit per quatuor annos sequentes. Quæ puella in nativitate Beatæ Virginis anni præsentis, matre ejus pro ea vocum faciente de visitatione sepulchri beatæ Elizabeth, & de censu unius denarii, singulis annis vitæ ejus in anniversario beatæ Elizabeth ibidem reddendo; de fluxu sanguinis, & cæcitate oculi, infra unam hebdomadam penitus est curata.

De puella, cui manus sanata.

Mechteldis de Bietlencamp, Moguntinæ diœcesis, jurata dixit, quod filia sua Mechteldis, tredecim annorum, manum sinistram inflatam habuit, ita ut manus nullis fere usibus apta esset per tres annos. Postea idem brachium, circa cubitum, valde inflatum est & infistulatum, ita ut in septem partibus ejusdem brachii sanies emanaret per spatium duorum annorum. Tunc prædicta mater ejus, tali voto facto pro ea: Sancta Elizabeth, filiam tibi obligo ad censum unius denarii, annuatim persolvendum, ut eam sanitati restituas, & ipsam cum oblationibus ad sepulchrum tuum adducam; ex tunc cœpit melius habere, & sanies, quæ profluebat, statim cœpit mitti & siccari; & penitus sanata est.

De puella epileptica, sanata.

Adelheidis de Breitenbach, Moguntinæ diœcesis, jurata dixit, quod filia ejus Hentrud, annum habens & dimidium, epilepticam facta est, ita quod frequenter in terram corruens jacebat sicut mortua, dentibus stridens, & spumans; & aliquando infra diem & noctem septem vicibus taliter patiebatur, annum in tali infirmitate consummando. Tunc mater ejus, in principio Quadragesimæ, præsentis anni, votum fecit pro filia, quod ipsam nudis pedibus, & laneis induta, cum oblationibus ad sepulchrum beatæ Elizabeth deportaret, & ad censum unius denarii, singulis annis, diebus vitæ suæ, solvendum, eam obligaret. Requisita mater, quo tempore curata fuerit, respondit: Ex quo votum pro ipsa feci, nunquam postea prædictam passa est infirmitatem. Requisita, quam nuper ante diem vel passa fuerit, respondit: In ipsa hebdomada, quando votum feci. In sequenti festo beati Michaelis, filiam cum oblationibus ad sepulchrum beatæ Elizabeth deportavit.

De puero claudo, sanato.

Helbeke, Padebornensis diœcesis, jurata dixit, quod Gerlacus, Conradi filius, ejusdem villæ, trium annorum & dimidii, ambulare non potuit ab infantia, quia a renibus deorsum emarcuerat, & post Pascha præsentis anni vidit eum sanum & bene currentem. Requisitus, unde sanitatem & gressum recepit, dixit, se nescire, nisi ex relatione matris, quæ sibi retulerat, quod veniens ad sepulchrum dominæ Elizabeth cum eodem puero, & amare lachrimans, ad exhortationem Conversi, tunc custodientis sepulchrum, posuit eum in terra. Qui custos, post modicum tempus, ostendit ei ovum, aliquantulum a remotis, quasi adrocans eum. Puer veniens manum ad sarcophagum, erexit se, & sic ivit ad Conversum, usque ad finem sarcophagi. Conversus ivit ad alteram partem, & puer secutus est eum propter ovum.

De puero claudo & gibboso, sanato.

Henricus de Elbenhusen, Moguntinæ diœcesis, jurata dixit de filio suo Heidenrico, sex annos habente, quod post duos annos a nativitate cœpit infirmari, & ita paulatim contrahi, quod ire non poterat erectus, sed manibus posita super genua, & capite fere usque ad ipsa genua inclinato. Gibbum etiam habuit in dorso, ad quaneitatem capitis pueri noviter nati. In festo sancti Michaelis proximo pater rogavit vicinas de villa sua, tale votum facere pro puero, quod ipsum ad tumulum beatæ Elizabeth infra annum deferre deberet cum hostiis, & animis singulis secundum facultatem suam ipse puer aliquam oblationem ibidem offerre. Statim, emisso voto, cepit puer erigi, & gibbus minorari; ita quod nos auditores vidimus eum recte & bene ambulantem, gibbum etiam minoratum, adeo quod vix fuit ad medietatem ovi.

Et sic est finis. Deo gratias.

GABRIELIS IONITÆ

DE

RITIBUS

MARONITARUM

NONNULLIS.

ADMODUM VENERABILI

ET

EXIMIÆ PIETATIS DOCTRINÆQUE VIRO

D. BARTOLDO NIHUSIUS

GABRIEL SIONITA

S. P. D.

LIcet, ante dies aliquot, literas tuas acceperim, adversa tamen totius corporis valetudo, & imbecillitas oculorum, ex diuturno & infausto circa Parisiensem Bibliorum editionem labore contracta, detinuit me, quo minus tuo voto meoque debito ex jure satisfacerem. At condonabis, vir benignissime, homini, parato quidem voluntate, sed viribus ferme destituto. In quem tamen, quantus quantus est, absolutum possis imperium exercere. Nefandum enim crimen existimo, obsequium, quale cunque tandem illud sit, viro, in proximorum salutem & Ecclesiæ Catholicæ bonum laboranti, denegare. Duos igitur obolos in gazophylacium tuum injicio: tuæ humanitatis est, atque bonitatis facere. Verum, ut controversias, epistola tua contentas, accedam.

PRIMA est; utrum, & quibus casibus, adorandum Eucharistiæ Sacramentum, sub unica specie conferatur apud Maronitas, aliosque populos Orientales.

Dico, infantibus, sacro fonte nuper ablutis, & puerulis, cochleari, solo Sanguine delibatum, sugendum exhiberi: ad bellum perrecturis, & longum seu periculosum iter ingressuris, sacrum pignus, sub una specie panis, secum asportandum concedi, ut illud, imminente vitæ discrimine, præsumant. Duobus hisce casibus seclusis, cæteri omnes cujusvis ætatis & conditionis Maronitæ, communicare sub utraque specie. Et quamvis diversa regionum illarum lectio plurimum inter se discrepent, quoad mysteria Trinitatis & Incarnationis Dominicæ, quia tamen, priusquam Nestorii & Eutychetis veneno infecta, ab invicem separarentur, unam unam fidem, ab invicem separatorum, unum unam fidem eundemque cultum profitebantur, lade colligo, eundem quoque ritum, in Eucharistiæ Sacramento, ut omnibus esse communem; quemadmodum experientia docemur, illas pari consensu convenire in aliis Sacramentis, jejuniis, festis mobilibus ac immobilibus, caterisque præceptis Ecclesiæ ritibus. Arcudius, Caryophilus, & alii, non vulgaris auctoritatis viri, plures enumerant casus, in quibus Græci, cum Sacerdotes quam laici, Communionem sumunt sub sola specie panis. Nequaquam adversor: celebres sane & fide digni. Sed, quidquam sibi fingere, quod aut e lectione librorum quæ prædam didicerim, crediderim perinde esse, ac si eum habuit vultu cernere. At, quicquid sit, duo tantum sive plures dentur casus, in quibus Orientales Communionem sumunt sub una A specie, abunde convincuntur ii, qui, totum Oriental. ab Ecclesia Latina aversum esse, inique contendunt.

QUÆSTIO SECUNDA; an non haberi possit Latine Kalendarium Maronitarum, ubi indicentur omnia festa; tam mobilia quam immobilia.

Tabellam habeo Syriacam, perpetuam, In qua digesta reperiuntur juxta Kalendarium anteB quam festa mobilia, cum numero aureo, & diebus Nativitatis & Epiphaniæ, in quadringentos circiter annos ita dispositam, ut, his revolutis, ad easdem redeatur. Sed neque Tabellæ istæ, ad quas redeatur, quod sciam Kalendarium, neque ullum aliud, fuit unquam Latinitate donatum. En specimen, hujusmodi ultimorum annorum, ex prædicta Tabella descriptum, ubi tres primi numeri indicant dies hebdomadis; reliqui, dies mensis: per quam Phase autem intelligitur Pascha Judæorum.

CCCCXXX. CANCER. Ingrediuntur anni. 5. Nativitas. 6. Epiphan. 4. Januarii 14. Februarii. Phasc. 2. Aprilis, die hora. Resurrectio. 7. Maii. Ascensio. 16. Maii. Pentecost 26. Maii.

CCCCXXXI. SCORPIUS. Bissextilis. Ingreditur annus. 6. Nativitas. Phasc. 3. Epiphan. 5. Januarii. 1. Martii. Phasc. 17. Aprilis, die Resurrectio. 22. Aprilis. Ascensio. 1. Junii. Pentecostes. 11. Junii.

CCCCXXXII. PISCIS. Ingreditur annus. 1. Nativ. Epiph. 7. Januarii. 18. Februarii. Phasc, 6. vel 7. Martii, die Veneris vel Jovis. Resurrect. 8. Aprilis. Ascensio. 17. Maii. Pentecost. 27. Maii.

QUÆSTIO TERTIA; quorsum pertinent inC scriptiones, quæ reperiuntur hinc inde in Novo Testamento Syriaco.

Respondeo, iis indicari, qua die Evangelium, aut Epistola subscripta, recitari debeat in Ecclesia. Noverit enim vir sapientissimus, perexiguum esse in plagis Orientalibus numerum amanuensium, qui libris, ad sacra faciendis necessariis, transcribendis vix sufficiant; indeque fieri, ut complura Novi Testamenti exemplaria, iis inscriptionibus notata, cernantur. Jam vero exemplar illud Viennense, quod omnium priscarum consuetudinem est in Europa, illas continebat inscriptiones, quas Antuerpiensis editio, Viennensem fideliter imitata, postmodum recudit. Et quamvis Arias Montanus vetustissimum quoddam M. S. jactet, multa tamen apertissime refellantur, nullum aliud ei fuisse prototypum præter Viennense.

Quærit POSTREMO vir clarissimus, quo nam

sic nobis Maronitis Missale, Martyrologium, Breviarium.

Missale utuntur Syro, quod inscribunt *Kteve dkurâbo*, id est, *Liber oblationis*; vel *Kteve dkudâsio*, id est, *Liber consecrationis*. Plures continet variorum Sanctorum Liturgias, quas ipsi Anaphoras Græca dictione vocant. Manuscripeum habeo, sexdecim Anaphoras complectens. Prima adscribitur Xysto Pont. Romano. secunda Johanni Evangelistæ. tertia Petro, secundo Apostolorum. quarta duodecim Apostolis. quinta Jacobo, fratri Domini. sexta sancto Marotheæ. septima Dionysio, quem Barsalibæum nuncupant. octava Joanni Chrysostomo. nona Matthæo Pastori. decima Johanni Patriarchæ. undecima Eustachio, duodecima Marco Evangelistæ. decima tertia Proclo, Episcopo Byzantino, discipulo sancti Joannis Chrysostomi. decima quarta Mosis Barsephæ. decima quinta Phillixino. decima sexta Julio Pont. Romano. In hisce Liturgiis fere continentur quæ in Missa Latina eadem rum, Introitus, Gloria in excelsis, Prosa, Epistola, Evangelium, Symbolum Apostolorum, Latio manuum, Offertorium, Præfatio, Consecratio, Commemoratio Sanctorum, Collectæ pro Pastoribus, Principibus, & fidelibus defunctis, Oratio Dominica, Gratiarum actio, Benedictio populi; diversa tamen divarsisque cærimoniis. De Missalis autem nihil ausim affeverare. Sed, quum libri Ordine, iidem sint Maronitis & Jacobitis, eosdem autem hæc ora sic ex illo pristino statu, consensu, qui quarto demum sæculo diffidia versus est; fortasse haud inepte di potest, Missala cæterosque Sytorum sacros quarto sæculo priores.

Martyrologium Maronitarum non licet nullo modo credendum est, eo bro, ad Officium Ecclesiasticum pertinere sario. Arabicum habeo M. S. sed in lexandrinorum.

Breviarium quoque Syriacum habet in Officium Feriale, Quadragesimale, rum mobilium ac immobilium. Officium libet in septenas distribuitur. Officium Vesperas, Completorium, est Horas; Matutinum (quod ipse Profectio vocatur,) Matutinum & Laudes (quas vocantur Preces nocturnæ) Primam (quæ eucinum, vel Aurora,) Tertiam, Sextam, & Nonam. Horarum quæque constat Precibus, & duobus tribusve aut Pluribus Psalmis: & soridemque Hymnis interjectis: & Orationibus, Hymnum thus adoletur ubique. Preces nocturnæ, quæ sunt Latinis Matutinum, constant quatuor Stationibus, quas Latini Nocturna dicunt. Prima Statio dirigitur ad Beatissimam Virginem, secunda ad Martyres; tertia ad Beatissimam Virginem, quarta generalis est ad Deum & Sanctos. Hæc quælibet composita est ex Proœmio, duabus rationibus, totidemque Hymnis, ordine dicto. Et hic etiam thus adhibetur in fine Stationibus. Psalmi octo integri, quatuor li, semper iidem; haud consimili ratione apud Romanos, sed in versiculos concisi, ut natim canantur. Ad probandam initio Virginis, ad lud idem argumentum enucleatiorem Brevifali. faciunt præterea, quod superius a Divis Jacobo Nisibeno & conscripsere.

GUIDO FABRICIUS BOUDERIANUS,

Inscriptionum Vat. custos.



Mat. v. cap. v. 22. Septim. Paralip.

Apost. Joann. Evangelium, nec & Patriarcha Hebdomada D Feria sexta hr

GABR.

Pluribus te compellare, vetat metus, multo te afficiendi: & oculi quique, jam colloquio, sermonem conserere laudent. Ornatus corporis & eruditionis facultas voluntati responderet: & lingua expressos tinam licere, non calamo sed linguæ fine, tum de coram miscere sermones: multa sane, tum de constante & inconcussa Maronitarum fide, commodius atque jucundius agitaremus. Valeas interim, vir dignissime; &, magno Reipubl. Christ. sim, Johannes Hesronita flianæ bono, diu vivas. Cum enim patrium tuacapis mentionem facis in Epistola tua, jam dum excessit e vivis. Cum enim patrium tulum, ante annos decem & octo, repetivisse ibique Archiepiscopus creatus esset, biennio post, morrialem vitam cum æterna commutavit. Parisiis, XII. Novembr. CIↃ IↃC XLIV.

IDEM EIDEM.

Quum te video, lectis meis literis in quibus strictim tantum attigeram quæstiones quas tibi exponi cupiebas, adeo insigniter subfulta autem; tetigi, humanitatem tuam potius animum illiterati accolare debeam. Quid faceres, si eas condivisses eodem sapore quo tu tuos lemores, eademque elegantia qua tu mihi gratias ingerentes, licet immeritas, agis? Eadem quippe facilitate, claritate vel obscuritate facinorum, aut actorum illustrare ut deprimere. Unde nec satis mirror te modestiam tuam quem asseris, decrevisse Domini Leonardi Marii supperias ad me extoram petere, ni ea via facilior. Complicatus, Attico more, & simplex. cem cordis, qua nominum quæris, redolentes, sufficerent; amavi tamen unius sanctissimi spiritus, ut dum relinquam, unum vlaudiores vel anteiores; luminosiores vel facundiores. Ita quidem ut non dicerer, ita fuisdem, ut haverem, quæque ego tibi rependam; nisi qua totus tuus tuus, cum ipse sis. Tu namque fecisti, ut non parum ego sim. Tu me quem illi me reinvinca. Sed, ut dixi, non piget tibi non credere, quotidie sedulo agnitio; & credam, me absdiligi, quoniam tempto & percipio. Hic enim in me temerarius, nec in te ingratus existo cum enim me tibi offero, parum non quicquam offero, quem maxime diligis cum illum qualem esse arbitratis, eum offero, ne quo, si talis esse mereatur caverit. Cæterum, si quid a me quæ ut discipulus sed ut commilum, liber quæ semper. Inertia in eadem char ad me missi, invenies, e regione interpretationem earum quæ vel ut ur, vel peregrinorum rerum novi rix Montani minus recta versione. æquo jure pulsabunt. Tres inu tulanæ Deo, hæc eadem videb sa in Bibliis magnis, quæ hic Vale, vir venerande; & a maxime spectu, qui te sine nice coli. Verum, quia p est, per charissimos, sal mum Leonardum Marium jubo. Iterum vale. Pari XLV.*

XIII. Oblatio Dominicæ Sacerdotum.

XVI. Festum Tabernaculorum.
XXI. Sabbatum Hosanna.
XXVI. Quinta dies secretorum.

Luc. VII. Arcanorum.
XI. Lectio prisciani.
Joan. II. De Baptismo.
IX. Sabbat. ignis jejunii.

XI. Passio quarta.
Consolatio Lazari.
XIII. Lotio secreta.

Act. I. Genuum positio.

III. Feria VI. mart.

VI. Feria VI. quietis.

XXIV. Divisio Parasceves crucifixionis.
Ro. VI. Jejunii & baptismi.
IX. Lectio peregrinorum.
Introitus in templum.
XIII. In tempore quo deligitur Ecclesia.
1. Co. XI. Oblatio quinta mysteriorum.
XIII. Lotionis.
XIV. Genuum positionis.

XI. Col. V. Sabbatum novum.

IX. Divisio jejunii.

Gal. IV. Oblatio Nativitatis.

Eph. III. Applausus Crucis.

IV. Feria VI. depositionis.

1. Tim. II. Deprecationum.
Hebr. X. Benedictio aquarum.

XI. Indignatio de Job & justo.

XII. Commemoratio CCCXVIII. Patrum, & Regum & fidelium.

XIII. De Sacerdotibus.

1. Joan. IV. Festum secundum.

A Dominica, qua sacrum celebratur pro Sacerdotibus defunctis, vel qua contingit obitus alicujus Sacerdotis.
Transfigurationis. Faciamus tria tabernacula.
Dominica Palmarum.
Feria quinta Cœnæ Domini. vocatur enim dies mysteriorum sive secretorum.
Idem.
Precum solemnium, vel Rogationum.
Die baptismatis, quando confertur baptisma.
Sabbathum sanctum, quo ignis vel splendor divinus apparere solebat supra sepulchrum Domini in templo Jerosolymitano.
Feria quarta Passionis. error interpretis.
Suscitatio Lazari. male vertit interpres.
Lotio mystica, facta Feria V. mysteriorum, hoc est, Cœnæ Domini.
B Pœnitentiæ causa, ducentas, trecentas, ac plures, faciunt genuflexiones publicas: ita ut flexis genibus, & exosculati terram, illico resurgant, iterumque procumbant.
Occurrit inter Pascha & Ascensionem; sed quando fit, nescio.
Hebdomadem quietis vel requiei, vocant Octavam Paschæ.
Meridie Feria VI. qua crucifixus fuit Dominus.
Cum quis baptizatur.
Rogationum tempore.
Præsentationis Domini.
Cum destinatur locus ad exstruendum templum.
Feria V. in Cœna Domini.
Lotionis pedum quæ fit feria V. Cœnæ Domini.
Cum scilicet fiunt genuflexiones publicæ; ut supra.
Octava Dominicæ in Albis vocatur Hebdomada nova.
C Medio jejunio, hoc est, die, quæ mediam secat Quadragesimam.
Ad oblationem, id est, Sacrum vel Missam.
Nativitatis Domini.
Pompa Crucis; cum scilicet structo agmine circumfertur, vulgo Processionem vocant.
Feria VI. in Parasceve; qua Christus de Cruce depositus fuit.
Rogationum.
Fontium & fluviorum aquas benedicunt die baptismatis Christi.
Titulus Syriacus est: Impendente indignatione, hoc est, flagello divino. Et pro Job justo, subaudi, ut in cæteris, lectio recitanda.
In commemoratione CCCXVIII. Patrum, qui interfuerunt Concilio Nicæno, & Regum orthodoxorum.
Sacrum celebrant quotannis pro Sacerdotibus vivis ac defunctis.
Festum Epiphaniæ.

MELCHIOR INCHOFERUS DE EUNUCHISMO.

MELCHIORIS INCHOFERI DE EUNUCHISMO DISSERTATIO,

Ad Clarissimum Virum LEONEM ALLATIUM.

INter alia, quæ, pro munere nostro, amicis sermonibus versare soliti sumus, præstantissime Leo, si bene meministi, non postremum hoc fuit: scribendorum librorum nullum esse modum. Et sæpe numero ex me audisti, jure ambigi posse, plus ne utilitatis, quam damni, Reipublicæ attulerit, non admodum antiqua, typi impressi inventio; quando nemo non hoc beneficio sibi utendum putet, ut de republica scribendo mereatur, vel si stramento papyrum inficiat potius quam inscribat. Ita plurimi hodie libros cudunt, locupletantque typographis & bibliopolis, pauperem scholia ladocunt. Pauci nomen autoris boni tuentur, meri aut exscriptores aut compilatores, ne dicam, expilatores. Qui si quid interdum in speciem afferunt, plausum captantes, id solum est, quod doctissimi antiquorum insuper habuerunt, ac ut quisquilias abjecerant: his exaltant illi, facile hecatombem sacrati; returque se scientiarum inventores, mundi lumina, cum Salaminio Grammatico Solis vorabilium affectantes. Tales in omni genere literarum frequentes invenit, vere diserte, eruditionis depopulatorem, sæpe tibi mecum dolui; quando eorum præsertim, qui Sacram Scripturam novis interpretationibus illustrare se gloriabantur, videbantur, respicientes, agnovimus tenebras. Scilicet obscurior sensu deformatus verbi donax ἀπαξ λεγόμενον, mursta, hederam præfigi. quos deinde reliqua descriptorum copia laudatos lustrat, & tanquam onagri, turbatas a camelis limpidi fontis aquas haurientes, vicissim sequacibus propinarunt.

II. Quorsum hæc? Ut te alienum hoc genere excipiam, cujus eruditionis argumenta, merita omnia sint & solida ea veritatis recessu, vel nondum a quoquam prolata, vel eatenus a te eruta & explicata, ut in loco nova censeantur, ac proinde in rem præsentem. Tale est rescens hoc opus *De Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione*, cujus cognitorem me auctoritate publica optasti. Quod ne herum hic laudes, novit duntaxat memoriæ, quam jucunde tecum olim vixerit, ubi te in Phorium Ennuchum Patriarcham effictum vidi, incessisse rursum, quod non semel secum aliisque nostri officii viris ardentia ego, verrium hoc hominum genus, ac Severa appellabat, naturæ ulcus, Reipublicæ pestem esse. Id vero ita a me dictum existimes velim, in hoc genere nihil medio loco stare, sed, in quamvis partem feratur, summum vel imum petere. Nam, quemadmodum nonnullos ineria, armis, fide, consilio, denique sanctitate, fuisse legimus conspicuos; ita e diverso, degeneres pejora semper affectasse, calliditate & perfidia pessimis excelluisse. Atque ut in bonis ii censeantur, quos aut sua necessitas, aut aliena vis, etsi tales effecerit, virtutis tamen propositum integros animi servavit sceleris quoque puros; sic vicissim in malis numeraneur, quos honorum & opum cupiditas pravo consensu ab viris exemit, insigni naturæ probro, nec vitandos nec in usu habendos a vitis, ut ajebat Severus, quod in monstra abiissent; immo arcendos etiam a nobilibus & honestis seminis, etsi eos barbari uno fidei nomine integros & preciosos haberent, eosque cubilium custodiis præficerent, unde etiam Eunuchos dictos amant, scilicet gynæcei curam, uxorumque custodiam zelotypi non gignentibus sed corrumpentibus committentes; quam unicam illis castrationis causam fuisse, censuit Epiphanius. Quæ idcirco præmitto, ne quispiam objiciat Nerenm, Achillem, Flaviæ Domitillæ Eunuchos, Ignatium, Methodium, Sanctissimos Patriarchas, Basilium, Eutropium, Nestoreta, aliosque bella & pacis stabiteres consiliissimos, Principibus orbis in pancis gratiosos. Nullum quippe genus mortalium adeo iniqua sorte damnavit natura, at non subinde frugi homines daret, haud secus ac arida retra interdum quosdam flores.

III. Sed enim, si a frequentibus magis quam raris eventis documenta capimus, nihil tam rarum quam probos, nec tam frequens quam improbos esse Eunuchos spontaneos. Dubit mihi non nemo Putipharem, Pharaonis magistrum militiæ; alium pistorum principem, Regis item pincernam; qualis præterea fuit illa apud Achabum, qui Michæam jussus est evocare; qui etiam apud Joramum bona vidua male captæ redintegravit, qui denique, jussu Jehu, Jezabelem e sublimi præcipitem dederunt. Non de hoc genere Eunuchorum est sermo noster; quos eruditi, ampliato vocabulo, nobiles viros, consilia cubiculique Principum spectata fide præpositos fuisse, existimant; quales etiam in Paralipomenis, secundum principes & tribunos, illasque dignitates, regiis David is annis adjunguntur: neque enim, quod advenit Hieronymus, nd tnm grande consilium semiviros vocari lex permittebat; quicquid etiam nugentur Hebræi, Eunuchos hic dictos, qui, velut a communi hominum more abscisti, nequaquam se retibus secnli la-

VII. Hæc ſi de ſectoribus ſectiſque univerſim dicta in loco ſint, mihi tamen, rem altius conſideranti, occurrit, omnis quidem mali, ſed in primis hujuſcemodi exſectionis, diabolum eſſe peculiari propoſito auctorem; ut qui, ab initio factus homicida, multis quidem modis exitium hominibus procurarit, hoc tamen ingenio poſſimum exſcindere tentarit humanum genus, invidia Creatoris, ne juxta hujus in natura inſtitutum creſcerent homines, & multiplicati replerent terram, adeoque non multi beatas manſiones, quibus perduellionis caput ipſe cum ſuis ſequacibus excidit, occuparent. Ut recte admodum Chryſoſtomus ſenſerit, membra exſcindere, ab initio fuiſſe opus dæmoniacæ operationis, & infidiarum Satanæ ut Dei opus calumniaretur. Et hujus quidem artes egregie imitati ſunt, qui, in cognatum ſanguinem ſævientes, aut ſuſtulerunt ſceptrorum competitores, aut, iis violenter exſectis, regna quoque legitimis hæredibus caſtraverunt. Quod ſcelus quam uſitatum fuerit Imperatoribus Græcorum, hiſtoriæ produnt, ut non decenios modo, verum etiam excifos interdum, & excæcatos, in cœnobia retruderent; quos tamen, ſorte ſive errante ſive deſtinata, non ſemel ad regna & Sacerdotia eidemet emerſiſſe. Hinc tot Eunuchi, tum aliarum urbium Epiſcopi, tum Conſtantinopolis Patriarchæ; ſanctitate conſpicuis, ut de eis paſſis, & alias taſſe non impar fuerit, apud noſtrates, ab avaris parentibus invitas in Monaſteria, dotibus ſtrangulatis, detrudi natas, &, ne ſuboleſcant, ad involuntariam voto aſtringere conmentiam: quod unum & capitale eſt ex abſurdis, quæ cum depravatis ſeculi moribus invaluerunt; habentque bona dotalia ſectores avidos, haud aliter quam hodierni Eunuchi ſuos, priſca legum ſeveritate damnatos.

VIII. Atque ut in hunc campum deſcendamus, fuerint olim imbelles Eunuchi, fuerint & delicati tyranni, fuerint inhumani barbari, qui quovis ſine pueros adalteſque ſecuerint; fuerint denique nonnulli, aut inſania correpti, aut pugnæ ſpiritualis ignari qui, ut Concilium ait, non per diſciplinam religionis, & abſtinentiam, ſed per abſciſionem plaſmati a Deo corporis, exiſtimantes poſſe a ſe carnales concupiſcentias amputari, de ſtatu virorum deceſſerunt: adverſum hujuſmodi & fulmina Canonum Concilii Nicæni primi, Arelatenſiſque ſecundi, liceat inſurgere, & gladios legum ſevere vibrare, ut ne dum abſtenti foreem in Clero minime optent, ſed, antiquo Deuteronomii & Leviticorum inſtituto, nullatenus in Eccleſiam intrare permittantur, ſive id fuerit ex operari, ſive in poteſtate magiſtratuum; ſed immo, ea aquam ſui homicidæ, infames, ex lege, capitis arceſſantur. Fac ita eſſe. Ceterum, alia ſe offert cauſa, quam leges & fulmina minime reſpeaxime, ſuperint omni honeſtamento, qua cum nihil commune habet barbara inſicia, nihil profana cupiditas: ubique ejuſcemodi, ut, ſi qua lege ceſſeretur vulva puerorum caſtratio, ea certe anus abrupanda, aut certe temperanda, aut certe mapotis boni, addo, omnis ſanctitatis ornanda, gratia, ſaltem habenda foret, contrariaque conſuetudine obtenda. Et quænam tanti? Expedit nempe, in Eccleſiis, ſuavitate canorum vocis, ſuſtentum mulcere aures, &, tremuli gutturis, modulis, animorum venerem titillare, nonne non ſint, qui divina frequentent, alio ab illiciſa abſtineri, intereſt proinde, ſeu ornamenti ſeu ſalutis pulcra cauſa, Eunuchos eſſe, eoſdemque copiose foreſ. Enimvero, ſi aliquando jus & fas eſt, erandæ fanimatis gratia caſtrari, non minus quam manu & pede truncari, quo reſiquidem ſervitus corpus, adeoque, ſi majoris mali vi teandi, majuſque boni captandi, e publica utilitate, ſi ratio, licet minus malum eligere,

